


N. Inv. 575.

Descriptio mundi, incerti Authoris

406

575

Ymago mundi seu eius ymaginaria descriptio velud in materiali quodam speculo representata non parum utilis esse videtur ad divinarum scripturarum elucidationem, cum in eis de partibus ipsius et maxime de locis terre habitabilis mentio sepius habeatur. Ideo tractatum hunc scribere et in eo que a sapientibus super hac materia diffuse scripta sunt breviter ac veraciter colligere dignum duxi, ipsum in sexaginta distinguens capitula.

Tabula latitudinis climatum

Primi climatis	7	45	440	220
Secundi climatis	7		400	220
Tercii climatis	6	10	340	175
Quarti climatis	5	20	300	170
Quinti climatis	4	30	255	117 et semis
Sexti climatis	3	45	212	106
Septimi climatis	3	15	185	92 et semis
Omnia simul	37	120	2142	1041

Ex hac tabula patet quod tota latitudo climatum continet circiter 170 dietas computando pro dieta 10 leucas

Tabula elevationis poli super quolibet climate in principio medio et fine. Quanta autem est elevatio poli super orizontem, tanta distantia zenith capitis et equinoctialem.

Sequens tabula de qua super facta est mencio etc.

	Principium		Medium		Finis	
	Gradus	Minuta	Gradus	Minuta	Gradus	Minuta
Primum clima	12	45	16	26 et semis	20	30
Secundum clima	20	30	34		27	30
Tercium clima	27	30	30	35	33	40
Quartum clima	33	40	37	20	39	
Quintum clima	29		41	15	43	30
Sextum clima	43	30	45	22 et semis	47	15
Septimum clima	47	15	48	52 et semis	50	30

Secundum autorem de Spera In medio primi climatis dies prolixior est 13 hore, In medio secundi 13 hore cum dimidia

37 et 2 hore et dimidia, 5' 15 hore, 6' 15 hore cum dimidia, 7' 16 hore. Hec tamen assignacio mediorum climatum non est precise vera sed veritati proxima. Ideo principia fit per principium primi climatum et finem septimi ut sequens tabula docet dierum in principio cuiuslibet climatis

Principium	Hore	Minuta
Primi climatis	12	45
Secundi climatis	13	15
Tercii climatis	13	45
Quarti climatis	14	15
Quinti climatis	14	45
Sexti climatis	15	15
Septimi climatis	15	45
Finis	16	15

Effigura compleXionum

Post climata vero continue prolongatur dies estivus versus ad polum articum, et sub polo artico polo existente in puncto principio cancri habet dies 24 horas, et econtra polo existente in primo puncto capricorni nox habet 24 horas. Sub polo vero artico contingit quod una medietas totius anni est una dies artificialis et alia medietas est una nox

Mundus est figure spericae seu rotunde multarum generum varietate ac partium exornatus, po ex quatuor elementis terra, aqua, aere, et igne, deinde celis scilicet circulo lune, mercurii, veneris, solis, martis, iovis, saturni, firmamenti, et primi mobilis. Ultra quod ponunt quidam philosophi celum decimum immobile propter quod etiam dicitur esse celum cristallinum. Et deinde supremum celum empireum, ubi est sedes dei habitacio et sanctorum. Sed hec ultima ad consideracionem philosophorum et astronomorum naturaliter loquentium non pertinet, pauca etiam astrologi considerant de celo decimo immobili, sed reliqua magis sunt de eorum speculacione. Dum primo ponunt nonam speram seu primum mobile ubi nulla apparet stella, cuius motus est regularis et uniformis circuiens in die naturali totam terram, et raptu suo secum ducens omnes alias speras ab

oriente ad occidentem. Post istud celum est octava spera que vocatur
firmamentum .i. stellarum celum, cuius motus proprius et naturalis
est contra primum mobile, ut omnibus aliis speris, scilicet ab occidente
ad oriens, non tamen semper, sed quasi in circuitum quodammodo declinando
Et dicitur iste motus firmamenti in centum annis fieri uno
gradu super polis zodiaci secundum ptolomeum, et secundum thebith
super primis punctis arietis et libre, et ita eius completa re
volucio fieri in triginta sex annorum milibus que vocatur
magnus annus. Postea sunt septem spere planetarum
supra nominatarum cum motu proprio ab occidente in oriens revoluciones
suas variis temporum complent spaciis, ut saturnus in triginta
annis vel circiter, Jupiter fere annis xii. Mars fere annis duobus
Sol duobus, Mercurius et venus uno anno, luna vero 27
diebus et octo horis. Et sic nota quod quinque planete secundum veros
motus faciunt revoluciones suas redeundo de eodem puncto ad
idem punctum, ita quod revolucio Saturni est 79 annorum, Jovis
83, Martis 79, veneris 8 et mercurii 46, sed secundum medios motus
revolvuntur ut supra dicitur. De predictis speris, et spera de
octava est specialis intencio indagantis astrologi, quia eius influen
cia est valida et fortis, et in ea sic fabricate sunt omnes stelle,
inter quas antiquissimi sapientes posuerunt principales numero 1029
Demendo videlicet septem planetas qui dicuntur erratice
quia eorum motus est diversus in diversis circulis
et 1022 que dicuntur fixe, quia motus eorum est unus
et distancie eiusdem, et illas posuerunt in 48 ymaginibus, quarum
unamquamque nominaverunt nomine proprio, de quo vide ptolomeum
dictione 7 tractatu primo, et octava dictione capitulo primo. Et earum ymaginum
sunt 360 in 21 ymaginibus a via solis in septentrionem
declinatibus, quarum prima ursa est maior ursa, et alie
346 sunt in 12 ymaginibus que 12 signa dicuntur, et zodiacum
constituunt, quarum prima est aries, et alie 316 sunt in 15 ymaginibus
a via solis in meridiem declinatibus, quarum una dicitur fucar
vel fota .i. rete, secundum ptolomeum, et ita sunt 48 ymagines seu
stelle principales seu visu apprehensibiles, licet autem alie sunt plures
non tamen sic ille notabiliter influunt, ideo astrologi non multum de
eis considerant, sed horum omnium ille xii que in zodiaco posite
sunt digniores existunt. Earum nomina sunt hec
Aries Thaurus Gemini Cancer Leo Virgo
Libra Scorpio Sagittarius Capricornus Aquarius
Pisces. Item 12 signa vocantur per que omnes planete

circumferri dicitur. Est igitur zodiacus circulus velud circulus
firmamenti in quo est distinctio signorum, sub quo est via
planetarum continens 12 gradus in latitudine, et 360 gradus in
longitudine. Signum autem est 12 pars zodiaci, in latitudine 12
gradus et in longitudine 30 gradus continens. Gradus autem continet
60 minuta, et minutum 60 secunda, et secundum 60 tercia et 3m 60
quarta et 4m 60 quinta et ita possunt ulterius dividi. Et sicut de
zodiaco ita de quolibet alio celi vel alterius rei circulo possunt fieri
proporcionaliter divisiones supradicte etc.

Sed ultra predictam divisionem adhuc zodiacus dividitur in duas partes quarum
una dicitur septemtrionalis alia meridionalis. Item signa unius
partis dicuntur recte ascendencia signa, et alia alterius partis indirecte.
Item dividitur in quatuor partes quarum quelibet habet tria
signa, et correspondent quatuor partibus anni, ita ut una quarta
dicatur una calida et humida vernalis, alia calida et sicca
estivalis etc. Item predictis signis et aliis partibus zodiaci
alie multe proprietates et varie virtutes ab astronomis assignantur
que nimis superstitiose credende non sunt propter contemptum de
quibus tamen discutere non est presentis operis.

Ad intelligentiam quorundam precedencium atque sequencium yma-
ginandum est, quod linea recta transiens per medium
mundi usque ad eius extrema, circa quam volvitur
nona spera, secum alias speras motu diurno tra-
hens, est velud axis mundi. Et duo puncta
extrema sunt eius poli, qui non moventur. Et unus
eorum vocatur polus articus vel septemtrionalis, quia illa
pars celi dicitur septemtrio propter septem stellas que ibidem
apparent, et communiter vocantur currus et iste polus nobis
elevatur. Alter autem punctus isti linee isti oppositus dicitur polus
antarticus vel australis. Circulus vero per medium polorum ductus
in spera celi transiens, et ab eis equaliter distans vocatur equinoctialis
quia ibi existente sole, noctes et dies per totum mundum sunt
equales. Et secundum hunc celum fit et mensuratur motus diurnus.
Secundus motus proprius solis et aliorum planetarum, qui non est directe
de oriente in occidentem in circuitu primi motus, sed aliquo modo decli-
nans mensuratur per circulum zodiaci ab equinoctiali declinantis
ex una parte versus septemtrionem et alia versus meridiem, et complures declinat po-
li zodiaci elongando a polis mundi, propter quod polus zodiaci po-
sit motus proprius planetarum vel spere. Sed vero duo poli circa
polos mundi describunt per motum diurnum duos circulos circa

quorum unus qui est circa polum arcticum dicitur circulus arcticus
et alter oppositus circulus antarcticus. Duo autem puncta sol-
sticiorum per eorum motum diurnum describunt duos alios
circulos qui vocantur tropici i. conversivi quia sol ibi existens convertitur
ad recentiorem versus equinoxialem. Horum vero ille qui transit per
solsticium estivale i. per primum punctum cancri dicitur tropicus estivalis
et alter tropicus yemalis. Et hii quatuor circuli sunt paralleli
i. equidistantes secundum magis partes. Dicuntur parvi respectu ali-
orum qui dividunt speram in duas medietates, licet
possint dividi intelligendum consequens et minima proporcional-
iter maiores. Sunt autem preter zodiacum et equatorem alii duo ma-
iores circuli scilicet duo coluri, meridianus et orizon.
Ymaginantur ergo duo circuli, quorum unus transit per polos mundi
et per polos zodiaci, et alter per duo puncta duorum solsticiorum scilicet
per primum punctum cancri et per primum punctum capricorni. Et alter transit
per polos mundi et per duo puncta equinoctiorum scilicet per primum punctum arietis
et primum libre. Et hii duo circuli vocantur coluri, et intersecant
se recte in quolibet polo mundi, dividunt quia totam speram mundi
in quatuor partes equales.
Ymaginatur etiam alius circulus qui transit per polos mundi et per
illud punctum celi quod est recte supra caput nostrum quod vocatur zenith
capitis. Et quandocumque sol venit de oriente in occidentem usque
ad hunc circulum est nobis meridies, ideo vocatur circulus meridianus.
Et est medietas huius circuli supra terram, et alia subtus terram quae transit
per punctum medie noctis qui opponitur zenith capitis. Unde patet
quod quandocumque homo movetur ad orientem vel occidentem habet novum meri-
dianum. Sed si vadat motu directo loco, vel si recte moveatur versus septentrionem
aut versus meridiem non declinando versus oriens aut occidens semper
habebit eundem meridianum. Patet etiam quod citius meridies est illis
qui sunt versus oriens quam respectu illorum qui sunt versus occidens.

Est et alius circulus qui vocatur orizon dividens partem celi visam
quae supra nos est de parte non visa. Ideoque medietas dicitur emi-
sperium i. dimidia spera. Et iste circulus intersecat meridianum
et dividunt se recte in duas partes. Et punctus meridianus
qui est zenith capitis vocatur polus orizontis. Et ideo quando-
cumque homo movetur habet etiam novum orizontem etc.

Vidimus de speris et stellis et planetis et zodiaco et de signis et de parvis circulis celestibus generaliter, quorum separatim iudicio altioris est consideracionis et speculacionis. Sed quia inter planetas sol est notabilior quantitate maior et virtute dignior, ideo de eius cursu a quo vel dies vel anni distinguntur aliqua separatim dicere utile videtur. Sciendum est igitur quod licet omnes planete motu proprio ferantur sub zodiaco, tamen omnes declinant a via solis, sicut declinat sol ab equinoctiali, licet non tantum. Sol vero medius planetarum quasi rex in medio eorum facit viam suam per medium latitudinis zodiaci, in medio eius currens, dividit lineam dividentem latitudinem zodiaci per duas partes equales, que vocatur ecliptica, quia non potest esse eclipsis solis vel lune nisi quando luna est in hac via vel prope. Licet ergo sol in motu communi quo movetur cum primis speris et planetis circuiendo terram facit diem naturalem que 24 horas continet, tamen motu proprio per dictam lineam eclipticam sub zodiaco quolibet die naturali pertranseundo fere unum gradum, peragrato toto zodiaco facit annum solarem, qui ultra 360 dies quibus non plene complentur gradus zodiaci continet 5 dies et fere sex horas.

Dicitur autem sol facere dies aliquos inequales, pro cuius intellectu sciendum est quod duo sunt modi orizontis, unus rectus, alius obliquus. Illi habent orizontem rectum qui habitant sub equinoctiali et sub eo habent zenith capitis, quorum orizon intersecat et dividit equinoctialem ad angulos equales, et sunt duo poli mundi in suo orizonte, ita quod nullus polorum est eis elevatus vel depressus. Sed alii qui alibi habitant extra equinoctialem habent orizontem obliquum, quia eorum orizon intersecat et dividit equinoctialem oblique et non ad angulos equales. Et semper eis apparet unus polus mundi super eorum orizontem elevatus, et alter est eis depressus, plus vel minus secundum diversitatem habitacionis. Item quanto unus polus est elevatior tanto orizon est magis obliquus, et alter plus depressus sub orizonte. Et est regula generalis quod quanto polus est elevatus super orizontem tanta est distancia inter zenith et equinoctialem etc.

Item ymaginandum est quod sol motu proprio naturali die quolibet quasi unum describit circulum. Et dico quasi, quia non plane facit circulum licet modicum deficiat. Nam sol non plane redit ad eundem punctum meridianum a quo incepit, sed modicum altius vel bassius. Et hii circuli vocantur paralelli. Et sunt signati in spera materiali, quia sunt principaliores duo tropici et circulus — Horum at

circulorum, aliis que est supra orizontem vocatur arcus dierum seu
diurnus, quia quamdiu est ibi sol tamdiu dies est qui dicitur dies
artificialis. Et alia pars que est sub orizonte vocatur arcus nocturnus.
Et ideo quanto maior pars alicuius horum circulorum est supra orizontem
tanto est dies artificialis longior et nox brevior vel econverso.

Ex hiis omnibus patet clare quod cum orizon rectus dividat omnes
istos circulos recte per medium, necesse est quod omnes illi qui habitant
sub tali orizonte semper equaliter omni tempore habeant diem artificialem
et noctem equales. Item patet quod orizon obliquus non possit
dividere equinoctialem nisi in duas medietates, et in duobus punctis
bis in anno scilicet in arietis principio et alia in principio
libre, necesse est quod tunc sit equinoxium, et quod dies et noctes sunt
equales per totum mundum. Item patet quod cum omnes paralelli
predicti excepto equinoctiali dividantur ab oriente oblique in partes
inequales. Et quanto orizon est obliquior tanto sunt hee partes
inequaliores. Ideo omni tempore nisi bis in anno in duobus
punctis predictis dies et noctes sunt inequales. Et quanto orizon
est obliquior tanto est maior differentia. Et propter hoc in Suestia
dies sunt longiores in estate et breviores in yeme quam
in Francia, et plus in Francia quam in urbe, et in aliis
regionibus secundum quod orizon fit eis plus vel minus obliquus.
Ex premissis ergo patet causa inequalitatis dierum artificialium.
Sed de inequalitate dierum naturalium maior est difficultas quia et
plus aliis maiori speculationi respondit et altiori

[P]ostquam tractatum est de celo iam ad ea que sub ipso sunt
una descendit consideratio. Ideo post speram celestem
ponunt philosophi immediate speram ignis qui ibi est purissimus
et propter suam raritatem invisibilis, quia quanto aqua est
clarior terra et aer aqua, ita ille ignis est rarior et
clarior aere, et tamen vel plus celum est rarius et
clarius igne exceptis stellis que sunt partes celi spissiores
et ideo sunt lucide et visibiles. Postea est spera aeris
que claudit aquam et terram, una est suprema iuxta ignem
ubi non sunt venti pluvie nec tonitrua nec plures impressiones
et ipsum ad illam dicuntur attingere quidam montes sicut Olympus.
Et dicunt aliqui quod ibi apparent et fiunt stelle comete, et quod
spera ignis et illa suprema regio aeris cum illis cometis qui
fiunt ibi movetur cum celo de oriente in occidens

Media autem regio est ubi fiunt nubes et fiunt ibi varie
impressiones quia illa pars est frigida / Alia est regio infe-
rior ubi habitant aves bestie etc

Quomodo capiuntur aqua et terra Nam aqua non circundat to-
tam terram sed partem unam dimittit discoopertam pro animalium ha-
bitatione quia ut una pars terre est magis gravis et ponderosa
quam alia / et ideo illa est altior, et a centro terre magis elevata
Respondeo vero preter insulas est totum coopertum aquis secundum quorundam
philosophorum opinionem Terra igitur tanquam elementum gravius est in centro
seu medio mundi, ita quod centrum terre, seu centrum gravitatis
ipsius, vel secundum aliquos centrum gravitatis terre simul et aque
est centrum mundi Et licet in terra sint montes et valles
propter quod non est perfecte rotunda, tamen illa valde tendit ad rotun-
ditatem ideo eclipsis lune que causatur per umbram terre
apparet rotunda, unde dicitur terram esse rotundam quasi rotun-
ditati proximam

Supposita rotunditate terre ad mensurandum eius quantitatem
presupponendum est, quod eundo de una parte terre longe
in aliam apparet alia et alia pars celi et varia-
tur orizon Et si quis iret de septentrione versus meridiem
polus articus esset ei continue magis elevatus Et si contra esset
esset polus ei magis elevatus Et ideo si iret recte versus
meridiem sub uno meridiano tantum quod polus articus magis elevaretur
supra orizontem per duodecimam partem meridiani, ipse transivisset
duodecimam partem circuitus terre Et si iret tantum quod polus mundi
ei magis elevaretur solum uno gradu vel econtra tantum quod polus
plus elevaretur uno gradu ipse tunc transivisset unum gradum
circuitus terre / et essent in eius circuitu 360 tales gradus propor-
tionales Per hunc igitur modum inventa sunt mensura terre
/ quia elevatio unius poli vel unius stelle faciliter invenitur
per astrolabium vel quadrantem / Modo sicut est repertum
per experientiam, quod si quis iret versus septentrionem tantum quod
polus ei elevaretur magis uno gradu, vel recte ad meridiem
tantum quod magis elevaretur uno gradu, ipse transivisset 700
stadia Et ideo secundum auctorem de spera oportet replicare et
multiplicare hunc numerum per 360 et per consequens sic habemus
quod in toto circuitu terre sunt 252000 stadiorum, que valent
15750 spatia leucarum / Nam una leuca valet duo mili-
aria, miliare vero 8 stadia unum stadium 125 passus

Unus passus quinque pedes, unus autem pes quatuor palmas, et una palma quatuor digitos. unde patet quod qui posset circuire terram totam, et in die quolibet decem leucas ipse faceret totum circuitum in 1710 diebus que sunt anni 4 et 15 septimane cum duobus [illegible] diebus/

Habita vero quantitate terre terminus/ Regula data est qua scitur quantitas diametri eius quod si removeatur a toto 22a pars eius et residuum dividatur in 3 partes, una illarum pars erit diameter terre 8081 stadia. et semis cum tertia unius stadii/ Hunc autem modum licet non sit omnimodo precisus, tamen non habeat defectum notabilem valde parvus est et notabilis ac utilis. Et mavult quod ptolomeus et alii superius dicuntur quantitate terre plurimum quantitate corporum stellarum, et quantitate diametri diameter terre plurimum longitudine stellarum a superficie terre. sed has quantitates describere non est parvulorum speculare/ Hoc autem notare sufficiat quod sol quolibet alia stella multo maior est. Et ut quidam dicunt magnitudo corporis eius est plus quam centies sexagies sexies maior quam terre, licet aliqui dicunt eum maiorem octies terra. post eum maiores sunt alie stelle fixe ille scilicet que sunt in prima magnitudine, post quas maior est Jupiter, post eum saturnus. deinde relique stelle fixe secundum suos usque ad eos que sunt magnitudinis sexte. deinde mars

/q post quem maiores sunt tertie stelle fixe visu notabiles post ea venus. deinde luna, postremo mercurius. Et per hoc harum stellarum exceptis hiis ultimis notabiliter maior est terra. Ille autem minores sunt ea. unde patet quod inter omnes stellas visui perceptibiles ille tres sunt minores, quod omnes alie tota terra dicuntur esse maiores. Et illarum que sunt in prima magnitudine quelibet est circa centies septies equalis terre decies octies. Ex primo etiam patet quod multo dicunt philosophi quod magnitudo terre est velut punctus respectu magnitudinis celi

Terra proportionatur dividitur sicut celum in quatuor partes per duos colures, et equinoctialem/ Et illi iterum similiter dividuntur per gradus et minuta, ita quod totus ambitus est 360 graduum et quarta pars 90 graduum/

Et per hoc terra sicut celum dividitur proportionaliter per quatuor circulos minores in quinque partes inequales. scilicet per duos circulos arcticum antarcticum

et per duos tropicos et vocatur quinque zone proportionatur (?) pt
in terra sed in celo / quia illis zonis in terra correspondent totidem
plage seu regiones / Prima est inter polum articum
Secunda est inter polum articum et tropicum estivalem /
Tercia est media inter tropicum estivalem et tropicum yemalem
Quarta inter tropicum yemalem et circulum antarticum /
Quinta inter circulum antarticum et polum antarticum /

Est autem distantia istarum zonarum inequalis quia distantia
poli zodiaci a polo mundi est 23 graduum et 51 minutorum Sicut
maxima autem solis declinacio est eadem cum distantia
a polo mundi Circulus vero interceptus inter maximam
solis declinacionem et polum zodiaci est 42 graduum et 18 minutorum /
Harum autem zonarum seu regionum terre prima et ultima secundum aliquos
et sunt inter alios remote sunt inhabitabiles propter nimium frigus
Tercia vero que est media est sub via solis / et nimium frigus
ideo vocatur zona torrida et dicitur inhabitabilis propter nimium ca-
lorem Alie due scilicet secunda et quarta ut nimis appropinquat
soli / inter nimis elongantur ab eo / ideo sunt temperate in ca-
lidite et frigide / quare secundum hoc habitaciones essent habitabiles nisi aliud
obstaret impedimentum / Et in hac divisione terre notamus
illam zonam primam que est versus polum articum / Sed pro quanto
motum primum qui est super zodiacum qui est in contrarii motus
raptus sicut dictum est / polus articus est sursum / et forte
iste motus est nobilior / et spere que sic moventur
nobiliores / et maior multitudo stellarum nobilium est in prima
medietate celi / que est versus polum articum / pro rata ad
illam medietatem que non apparet / et secundum hoc nos sumus
in superiori parte et nobiliori / et ad dextram / erit ergo prima zona
versus polum articum

De habitacione dictarum plagarum terre sunt opiniones va-
rie / nam ut tactum est quidam dicunt quod terra plaga
est inhabitabilis / Sed alii dicunt contrarium / et quod est multum
temperata propter hoc quod versus medium sit equinoctii Et ista fuit opinio
Avicenne / pro eo quia sunt alie rationes per quas suadetur quod calor
qui est ibi propter propinquitatem solis per aliquas causas sit temperatus
Immo dicunt aliqui quod ibi versus oriente est paradisus terrestris
in uno monte / Sed quarta autem plaga que est inter tropicum
yemalem et circulum antarticum sicut predictum est dicunt aliqui

quod est ita temperata et bene habitabilis sicut haec secunda in qua sumus
Et ideo dicunt quod ibi sunt antipodes qui sunt habentes regiones
et habitationes sicut nos, et habent hyemem quando nos habemus estatem
et econtra. Sed non est accessus inter nos et eos, quia oportet
transire per torridam zonam et per mare sub tropicis. Secundum hanc
opinionem ista gens non habuisset notitiam praedicationis Christi
et apostolorum contra illud In omnem terram exivit sonus eorum. Istam
autem opinionem reprobat Augustinus in 16 de Civitate dei quam
quidam reputat quasi unum figmentum fabulosum. Et dicunt quod 4a
quarta plaga pro maiori parte cooperta est aquis. Et ad hanc
inducunt rationes satis probabiles. Et inter alias unam faciunt
talem. Aliqua consideratio concluditur quod 4a plaga sit inhabitabilis,
tamen si axis polus moveatur 100 annis uno gradu vel circiter
ut aliqui dicunt aliquando erit contrarium, sed modus tandem dicunt
quod nostra pars erit distemperata et male habitabilis et erit disco-
perta aquis. Sed adhuc non habetur certitudo quantum moveatur
axis polus, ideo haec consideratio non est certa

In hac igitur opinionum varietate rationes ymaginarias
habentes hinc et inde non intendo apparentes quia in hiis rebus
non tam ymaginationibus quam experientiis et probabilibus
historiis reputo certitudinaliter adherendum. Veruntamen sit
de varietate opinionum quicquid, tamen satis accidit natura habitudinem
polis ad regiones illarum plagarum, propter quod conclusiones aliquae
certe ponendae sunt.

Prima quod illi qui habitant sub equinoctiali circulo sicut supra
dictum est habent omni tempore dies et noctes
equales, et transit sol bis in anno per eorum capita
scilicet quando transit equinoctialem, et habent eis per medium anni
versus polum articum et per aliud medium versus polum antarticum.
Et nos semper econtra habemus versus unam partem. Et
ideo ipsi uno anno habent duas hyemes sine magno
frigore scilicet unam quando nos habemus estatem et aliam quando
et nos. Similiter habent duas estates unam in marcio quando
habemus ver, aliam in septembri quando habemus autumpnum. Et ista
possunt ymaginari una cum spera temperamenti illius loci

Secunda conclusio, quod illi qui habitarent sub tropico estatis haberent
solem super capita eorum die solsticii estivalis in meridie

[T]ercia conclusio est quod illi qui essent inter tropicum estivalem
et circulum articum habent dies longiores in estate quam noctes
quanto plus distarent ab equinoctiali, et breviores in yeme. Et nunquam
haberent solem supra capita ipsorum [illegible]

Quarta conclusio est quod illi qui essent sub circulo artico quando sol est
in solsticio estivali, et in circuitu meridiei tangeret circulum orizontis
et non occidet eis, et sic non haberent noctem illa die naturali.
Similiter quando esset in solsticio yemis esset una dies naturalis
in qua non oritur eis sol, et esset eis nox continua.

Quinta conclusio est quod illi qui essent inter circulum articum et
polum articum, haberent plures dies naturales sine nocte
in estate, et quanto plus appropinquat polum tanto dies ar-
tificiales estatis sunt longiores, et durat unus dies in
uno loco per unum mensem, in alio per duos, in alio per tres
vel plures. Et proportionaliter est longior illa nox yemis.

Sexta conclusio est quod illi qui habitarent recte sub polo, haberent
per medium annum solem supra orizontem et continuum diem, et per
aliud continuam noctem. Et ita si vocemus diem totum
tempus quo sol est supra orizontem non haberent nisi toto anno
unum diem et unam noctem. Et sicut dictum est de
ista medietate terre que est versus polum articum, sic
intelligendum est de alia medietate versus antarticum et
habitatoribus eius. Et hec omnia sine alia probatione
exempler patet in spera materiali.

[A]d investigandum quantitatem habitationis terre
intelligendum est quod habitacio duplex consideratur
uno modo respectu celi scilicet quantum propter solem potest habitari
et quantum non, et de hac superius dictum est quare.
Alia est habitacio que in alio consideratur respectu aque scilicet quantum
aqua impediat, et de hac nunc est considerandum, de qua va-
rie sunt opiniones philosophorum. Nam Ptolomeus libro de dispo-
sitione spere libro ultimo dicit quod fere sexta pars terre habitabilis
est supra aquam, et totum residuum est coopertum aqua. Et
ideo in almagesti libro 2o ponit quod habitatio nostri non
est nisi in parte quarta terre scilicet in qua habitamus [illegible]

gitudo est ab oriente in occidentem, et est medietas equinoctialis, et huius
latitudo est ab equinoctiali in polum articum, et est quarta coluri. Sed
Aristoteles in fine libri Celi et mundi vult quod plus habitetur quam quarta
Et Averroys hoc affirmat. Et Aristoteles dicit quod mare est parvum
inter finem Hyspanie a parte occidentis, et inter principium Indie
a parte orientis, et non loquitur de Hyspania citeriori, que nunc
Hyspania communiter nominatur, sed de Hyspania ulteriori que nunc
Affrica dicitur. De qua certi auctores loquuntur, ut Plinius, Orosius
et Ysidorus. Insuper Seneca libro Naturalium dicit quod mare est
navigabile in paucis diebus, si ventus sit conveniens. Et
Plinius docet in Naturalibus libro secundo quod navigatum est a sinu
Arabico usque ad Gades Herculis non multo tempore. Unde ex
hiis et aliis quibusdam racionibus de quibus magis tangam
cum loquar de occeano, concludunt aliqui apparenter quod mare
non est tantum quod possit cooperire quasi tres quartas terre.

Accedit ad hoc auctoritas Hesdre libro quarto quod dicit
quod 6 partes terre sunt habitate, et septima est cooperta aquis.
Cuius libri tamen habentur in reverentia, veritates sacras per
eum confirmando. Et ideo videtur quod licet habitacio nota
Ptolomeo et eius sequacibus sit coartata infra quartam
unam, tamen est habitabilis plus. Et Aristoteles certa hoc plus
potuit nosse auxilio Alexandri, et Averroes qui ad
investigandum dubia huius mundi fuerunt solliciti, ut de
Alexandro testantur Plinius libro octavo et etiam Solinus,
Et de Nerone narrat Seneca libro de Naturalibus. Unde
illis magis videtur credendum quam Ptolomeo, vel etiam
Albategni, qui asserit vix posse esse habitabile videlicet
12 partem terre, sed defecit in probacione sicut posset ostendi,
sed brevitatis causa transeo, quia etiam huius rei declaratio
patebit in sequentibus. Ex premissis igitur est dicendum
et inferius patebit quod terra rotunda non est habitabilis ad
modum circuli sicut dicit Aristoteles. Sed est [illegible] quarta [illegible]
vix [illegible]. Cuius quidem partes aliquantulum extreme
respondent hominibus illis que non habitantur propter nimium calorem
ac nimium frigus. Et non potest hoc ita in plano figurari
sicut in sperico

Licet ultra quartam predictam in qua habitamus ma-
gna sit habitatio, ut aliquando tactum est, et ma-
gis infra probabitur, tamen predicta habitatio nota est
in hac quarta. Ideo circa illius divisionem magis
intenderunt astrologi. Unde ptolomeus eam dividit per 26
lineas equedistantes ab equinoctiali et que procedunt ab
oriente in occidens.

Prima est sub equinoctiali ubi dies semper artificialis 12 horarum
licet ptolomeus non dicat quod ibi habitent homines.
Secunda non transit ubi dies longior 12 horarum et unius quarte.
Tertia ubi dies est 12 horarum et duarum quartarum, id est medie hore.
Quarta ubi dies est 12 horarum et 3 quartarum et sic semper
accrescendo in qualibet linea quartam unius hore usque
ad 26 lineam ubi dies 18 horarum et dimidie, quam
dicit esse in minori britannia, hoc est forte in Scotia vel
in aliqua insula. Et addit post ptolomeus habitacionem usque
septentrionem, sed 1a non est ultima, sicut notat in suo quadripartito
ptolomeus sicut dicit. Ibi sunt plura loca inhabitabilia propter frigiditatem
nimiam. Sed albumazer et alfraganus aliique plures
astrologi aliter dividunt terram habitabilem scilicet per septem
climata distincta per 8 lineas equedistantes ab equinoctiali.
Et vocant clima spatium terre in quo dies plurior accedit
alium per dimidiam horam, diem prolixiorem altitudinis
terre vel excedit ab eodem. Et hec verior et melior est
divisio penes partem hore secundum priorem divisionem, tamen quia
ille partes sunt parve, ideo alii consideraverunt maiores et conside-
rant in uno climate duas illarum, excludendo aliquas
partes extremas illarum. Et hec divisio est famosior.

Nomina climatum secundum divisionem famosam

Primum clima dicitur diameroes et dicitur a dya quod est de
et meroes civitas, quasi a meroe civitate denominatum,
vel ut dicunt quidam ab una insula que est
in fluvio qui Nili que dicitur meroe.

Secundum diasienes, id est ab una alia insula Nili vel
civitate ibi existente que vocatur Siene sicut dicunt quidam.

3m dyalexandrios quia ibi est civitas alexandrie.

Quartum diarodes quia in eo est insula rodi ubi
sunt etiam damascus et Jerusalem aliique, tamen non denominantur
climata secundum hec clima quia tunc forte non erant
tunc famose, sed alii et melius ponunt has civitates
in tertio climate propter quartum.

Quintum dyaromes quia ibi est Roma
Clima Sextum dyaborystenes a quodam fluvio sic denominatum vel ut quidam dicunt a vento borea
Septimum dyarifeos a montibus riseis sic dictum ubi est terra valde frigida Nominat autem ista climata nominat Ysydorus tercio libro ethimologiarum primum terciam sextam cos moys, secundum sionys, tercium tanate vas i affrica, quartum rodus, quintum elespondus alias allesponty, sextum mesoponti, septimum brusteng. Hec autem climata attribuuntur astris planetis septem, unde dicit Albumazar quod secundum philosophos parsarum primum attribuitur saturno, quia ibi habet aliquod dominium seu influenciam specialem. Secundum clima attribuunt Jovi, et sic de aliis secundum ordinem planetarum. Sed secundum Grecos primum attribuitur Saturno secundum attribuitur Soli, tercium mercurio, quartum Jovi, quintum veneri sextum lune septimum marti, unde ex hoc apparet opinionum varietate pater quantum exigua sit certitudo de hinc rei veritate

Insuper climata magis habent de longitudine quam de latitudine. Et longitudo est procedendo de oriente ad occidentem. Et latitudo de meridie in septentrionem. Primum ergo tria secundum astrologos continet in longitudine medietatem totius terre, quam aliqui mensurant per stadia ut supra tactum est. Sed alfraganus et aliqui alii astronomi mensurant per miliaria, et dicunt quod quilibet gradus circuli terre habet 76 miliaria et duas tercias unius. Et sic habet totus circulus 20400 miliaria. Et erit medietas 10200 que valeret leucas 7100 computando per duobus miliaribus unam leucam, et fere tanta est longitudo primi climatis secundum vero brevius est, et tercium secundo, et sic deinceps descendendo versus septentrionem. Sed auctores non ponunt certitudinem mensure longitudinis ipsorum. Et hec longitudo climatum per aspectum ad eclipsim lune inventa est. Latitudo autem climatum est procedendo de meridie in septentrionem. Et primum primi climatis est versus alter 12 gradibus cum aliquibus minutis, que continent secundum alfraganum 112 miliaria cum medio dimidio que valet 306 leucas cum una quarta. Medium autem primi climatis est ubi maxime diei prolixitas est 13 horarum, et ubi elevatur polus articus super orizontem circiter 16 gradibus. Cuius initium est ubi

prolixitas diei 12 horarum et dimidie, et quarte partis unius hore
Et ubi elevatur polus 12 gradibus et dimidio, et 4a unius
Et extenditur eius latitudo usque ad locum ubi longitudo prolixioris
diei 13 horarum et 4e unius hore Et elevatur polus 20 gradibus
cum dimidio et est spacium terre 440 miliaria secundum auctorem
spere de materia/ Sed ipse in hoc non bene concordat in mensura
quam propria posuit de circuitu terre per stadia Si ita sit ut
ipse ponit quod 8 stadia valent unum miliare quod sit latitudo
primi climatis erit sicut circiter 617 miliariorum que est maior quam
supra dicta, quam ipse posuit concordando cum alfragano cuius
mensuratio videtur aliquibus melior/ Unde secundum hanc mensura
tionem cuilibet gradui quantitatis terre non erit tamen sicut supra dictum est secundum
auctorem de spera vel ad concordandum cum alio dicendum est
quod secundum eum miliaria et leuce sunt pluribus modo ita et
minores quantitate, Et quod hic unum miliare cum dimidio
pedis et modicum plus quod satis insensibile reputari
sit unum miliare continet de alio unum cum dimidio et
circiter 22 partem unius Ex his que concluditur quod primum
clima habet 7 gradus et 47 minuta que valent 220
leucas latitudinis secundum etiam habet 7 gradus quam valent
200 leucas, 3m habet 6 gradus et 10 minuta que sunt
170 leuce et quinque passus/ 4m habet quinque gradus et
20 minuta quam valent 170 leucas/ 5m habet 4 gradus
cum dimidio quam 127 leuce cum dimidia 6m habet
3 gradus et 47 minuta quam sunt seu valet 106 leucas,
7m habet 3 gradus et 17 minuta quam sunt 112 leuce cum
dimidia. Et sic latitudo omnium climatum sunt 38 graduum
et 47 minutorum quam valent 1070 leucas. Et hec mensura
lateris climatum inventa sunt per experimentum elevationis
poli vel alicuius stelle in diversis locis, sic etiam
inventus sunt totus circuitus terre Medium
autem secundi climatis habet diem 13 horarum et dimidie, ubi
elevatur polus 24 gradibus, et 4a unius Medium
autem tertii climatis habet diem 14 horarum ubi elevatur polus
triginta gradibus et dimidio, et quarta unius
Medium quarti habet diem 14 horarum et dimidie ubi
polus elevatur 36 gradibus et 12 minutis Medium
quinti climatis habet diem 17 horarum ubi elevatur polus

18 gradus et 2a minuta. Medium sexti habet diem 14 horarum et dimidie ubi polus elevatur 37 gradibus et 4 minutis. Medium septimi habet diem 16 horarum. Et elevatur polus 48 gradibus et 2 minutis etc.

De initiis vero et finibus climatum et elevacione poli in eis remitto ad tractatum de spera et alios qui super hiis particularius tractant, hic autem dicta sufficiant, quod in fine septimi climatis est dies maxima sedecim horarum et quarte minutis, et ibi elevatur polus 50 gradibus et dimidio. Unde patet quod in parisius elevatur polus fere 49 gradibus. Ibi est quasi medium septimi climatis. Et hec de climatibus dicta sufficiant etc.

Iam patet ex predictis climata que septem terminantur per duas lineas, quarum prima incipit primum clima, et est circa equinoctialem per 12 gradus cum dimidio, et alia terminat septimum clima, et habitaciones que sunt ultra primam lineam vocant aliqui anteclimata, et que sunt ultra secundam lineam vocat post clima. Modo sic est quod experiencia et auctoritate multiplici probatum est quod non solum septem climata habitantur, sed quarta terrae et plus longe continet naciones. Unde ultra primam lineam ponunt auctores plures habitaciones. Nam secundum plinium libro secundo capitulo et sexto, et secundum ambrosium in exameron libro 2o sunt aliqui qui per duos dies anni sine umbra sunt in partibus indianis. Et quod solem habentes super verticem suum undique circuitu illuminantur. Unde asci dicuntur id est sine umbra et amphisci id est circumumbrati. Et hii sunt sub cancro. Et hec secundum plinium gens in india horestus dicuntur et medones et simari apud quos est mons maleus nomine in quo umbre per senos menses sic variantur. Sed adhuc ultra ea sicut ponit haly duas civitates quarum una dicitur Aren cuius longitudo est 122 graduum et latitudo nulla. Adhuc autem quod plus est invenimus secundum plinium habitacionem esse sub capricorni tropico et ultra. Nam regio patalis insula dicitur habens portum

celeberrimum ubi umbre solium in meridie cadunt
ergo habitatores eius sunt semper solem ad dexteram aquilone
Et idem refert de insula taprobane libro 6° de qua orato-
rum Romam venisset Claudii principatu mirati sunt
quod umbre eorum cadebat in septentrionem aquilone et sol ori-
ebatur dextrum de meridie Et est ad oppositum Indie versus
orientem secundum albategni de qua plura plinius dicit Et insuper
ptolomeus de libro de dispositione sphere ponit quod natura
exigit quod sunt duo genera ethiopum sub duobus tropicis
Nec obstat secundum aliquos naturalis dispositio celi quibus
solis approximatione videtur recte esse locum inhabitabilem propter calorem
quoniam propter alias dispositiones locorum accidentales ut propter
altitudinem montium prohibentium calorem ac propter alias
causas possunt ibi esse loca habitabilia maxime in locis
subterraneis quando sol est eis oppositum augis Et sic dicit
plinius solinarius de habitantibus sub capricorni tropico De
quibus potuit certificari per eos qui de Roma ad eam
missi sunt licet autem locus sub ultra capricorni tropicum
secundum aliquos sit optime habitabilis quod secundum Aristotelem
et Averroym libro celi et mundi ibi est superior et nobilior
pars mundi propter quod est aliquorum opinio quod ibi sit paradisus
terrestris tamen non inveni apud aliquem auctorem regionem
illam descriptam etc.

Quantum vero habitatur versus aquilonem plinius dicit
libro 2° per experientiam et auctores varios regionem usque
ad illum locum habitari ubi extremi cardines sunt
ystme mundi et ubi est dies per sex menses et nox per
totidem Et Marcianus in hoc concordat unde quod ibi sit gens
beatissima que non moritur nisi satietate vite ad
quam cum venerit precipitat se alto saxo in mare
Et vocantur yperborei de europa et arimphei de
Asia

Quantum vero ad lineam que stat circa versus
occidentem pauca vel nulla est habitatio nisi forte
aliquae insule parve quia ibi est maius mare quod
vocatur occeanus Et ibi sunt de hylan sub ymaginibus
inclitis insulis quarum quelibet tenebat signum quod ultra
non erat habitatio quas posuerat hercules unde

vocantur Sabe seu tolnyne hercul(is). Et dicunt aliqui
quod plus possunt ymagines versus oriens. Et secundum Averrois
2o celi et mundi de hiis ymaginibus fit mencio et dicit
se eas vidisse et esse ipse hyspanias i. afferunt ut proprie
tractum est et magis infra dicetur ubi tractabitur de
mari occeano etc.

Quantum autem ad lineam que terminat climata versus
septentrionem ultra eam multa est habitacio ut Anglia
Scocia Dacia Norwegia et plures alie regiones quarum
ultima secundum aliquos est insula tyle. Et secundum Aristotelem et
Averroym in fine libri de celo et mundo, extremitas terre ha
bitabilis versus oriens et finis terre habitabilis versus occi
dens sunt prope ipse ut patet ipse et inter medium est pro
mare quantum ad latitudinem licet quantum ad longitudinem sit maius spacium quam
sit medietas tocius terre. Et ideo si climata se extendant
ad finem occidentis sicut dicunt auctores et non teneant
in longum nisi medietatem tocius terre

Sequitur secundum Averroym quod climata non se extendunt
usque ad finem orientis, et quod magne sunt habitaciones
ultra scilicet extra climata versus oriens. Vel nota quod climata vel
aliqua sunt longiora quam ponunt astrologi et terre de hiis corum
que sunt extra climata breviter dictum sunt etc.

Una vero dictum est de locis habitabilibus terre in
climatibus quam extra, consequenter aliquid dicere
expedit de locis inhabitabilibus, ubi est sciendum
quod quemadmodum medici dicunt, quod ad cognoscendum
naturam corporis humani oportet considerare ad radicem superiorem scilicet
ad celum et eius dispositionem, ac eciam ad radicem inferiorem
scilicet ad dispositionem et complexionem parentum. Consimiliter est in proposito
quod quantum ad habitacionem terre una causa generalis est respectu celi
scilicet moderacio seu temperancia distancie vel solis, quia nimia
eius distancia, vel nimia eius propinquitas est causa nimii
frigoris vel caloris. Sed alie cause sunt esse speciales ex
terre inter quas possumus plures causas assignare, que faciunt
aliquam partem terre inhabitabilem, eciam mediocri existente solis
distancia et infra climata. Una est quia per illa est corrupcio maris

Vel impedita aquis. Alia quidem terra 1a est sterilis et infructuosa vel serpentibus et malis bestiis occupata sicut est de aliquibus desertis et montibus. 2a est dispositio seu figura aliquorum locorum sicut montium aut vallium qui sunt inhabitabiles propter excessum caloris aut frigiditatis, aut quia aer est nimis subtilis, aut nimis grossus aut propter aliquam indispositionem aeris que non est humane nature conveniens. Sed etiam per contrarium possibile est quod in convenienti distantia solis aliquis locus qui quantum ad hoc esset habitabilis propter conversionem terrarum tanquam per dictus terminus opportunum esset ad habitandum valde conveniens. Et sic dicunt historie quod montes yperborei sunt valde bene temperati et habitatores ibi valde sunt longevi, adeo quod quasi propter tedium vite oportet aliquos interficere. Et tamen illi montes sunt longe posita versus septentrionem. Et causam huius dedit Alkmeonensis dicens quod hoc est propter figuram et dispositionem horum montium quia habent superficiem versus solem politam et concavam, ideo recipiunt et retinent convenienter lumen solis, et inde calorem sufficientem et tuentur habitantes a ventis frigidis. Et propter istas causas dicunt non est ita valde frigus. Unde patet quod si cause speciales bone habitationis convenirent seu concurrerent cum generali, videlicet quod terra esset bone fertilitatis et bene situata ad solem et cum bono aspectu celi, tunc talis regio esset optime temperata. Et possibile est quod terrestris paradisus sit. Et forte etiam talis locus est, quem auctores vocant Insulas Fortunatas etc.

Ex premissis etiam manifestum est quod ex parte cause generalis est proprie dicte, scilicet duas extremitates terre etiam inter lineas terminantes climata constitute non sunt bene habitabiles. Et sunt due extremitates, quarum una est versus meridiem et alia versus septentrionem. Et ideo dicunt Ptolomeus et Haly et alii antiqui auctores, quod in hiis duabus extremitatibus sunt homines silvestres comedentes humanas carnes, et qui habent facies corruptas et horribiles. Et causa est secundum Haly distemperantia illarum regionum in caliditate et frigiditate propter quam corpora sunt inordinate complexionis

et Male at turpes sed sunt malorum morum et plurastre temptationis, unde sunt ibi gentes et bestie et monstra tam horrende figure ut vix possunt discerni si sunt bestie vel homines, sicut recitat Albumasar Augy et Haly quem allegat Hermetem dicentem quod in duabus partibus extremitatibus habitant mali homines et diaboli et bestie maligne nocentes hominibus. Sciendum etiam quod alie due extremitates scilicet illa que est versus occidentem et illa que est versus orientem non sunt ita male habitationis quia non sunt ita distemperate nisi in quantum participant cum aliis duabus scilicet in quatuor angulis terre habitabilis, nam iste due in aliis partibus sunt temperate et inveniuntur distantia polis.

Considerandum est etiam quod loca terre habitabilis alia a quatuor extremitatibus predictis habent differentiam complexionum et conditionum secundum longitudinem et latitudinem climatum, sed tamen est maior differentia secundum latitudinem, nam sicut docet Aristoteles libro politice, illi qui plus sunt versus meridiem maiores sunt intellectus et prudentie, sed minus fortes et minus animosi et minus audaces, ideo ab aliis subiecti sunt antiquitus. Econtra vero illi qui plus habitant versus septentrionem sunt magis audaces et minoris prudentie, et fortes libertates semper custodiunt. Et dicit quod Greci sunt medii, et habent sufficientem fortitudinem et prudentiam, unde concludit quod natura habiles sunt ad habendum super alios dominium, qui sunt versus meridiem et versus septentrionem, sed hi ut experientia docuit non habuerunt diu hoc dominium, nam translatum fuit ad Romanos. Unde videndum quod ultra predictam causam sunt alie cause in celo fortiores ad manutenendum dominium regale et bonam politiam, sicut forte motus augis solis et [illegible] quod est in 100 annis uno gradu, vel alius motus celi qui sit causa disponens ad bonum regimen politie, vel ad tyrannidem disponentem ad destructionem, vel translationem dominii, nunc in uno nunc in alio loco. Non dico tamen quod talis motus sit causa adhuc [illegible] cogens sed quasi vehementer inclinans. Et etiam Ptolomeus

quod habitatores plus versus meridiem magis habiles sunt et
plus inclinati ad artes mechanicas et sciencias stellarum Et
dicit haly quod sapientiores fuerunt de 3o de 4o et de quinto
ptolomeus ait et plures fuerunt de 3o / hoc tamen non est verum de
regula generali / sed ut in pluribus et communiter /

Quantum vero ad aliam differenciam locorum habita
bilium scilicet secundum longitudinem climatum sicut iam tactum est ipsa non est
tanta differencia nec tam notabilis sicut secundum latitudinem
Et dicit haly et ptolomeus quod illi qui sunt versus orientem sunt fortiores
corde et magis animosi sunt manifestat et etiam dicit
haly quod nescivit facta propria celare et habent maiorem potentiam
faciendi res mirabiles et sciendi astrologiam quia ipsi sunt
in oriente que est dextra pars mundi et sunt magis de
natura solis / sed qui versus occidentem est de natura lune / et
habitatores in hiis partibus sunt contentiosi more mulierum
Et qui habet victoriam de adversario suo ipsi eum occidunt
et ipsi faciunt hoc magis ex timiditate animi quia timent
ne se vindicet si evadet Et addit haly quod est intelligendum
ut in pluribus quia in aliquibus hominibus possibile contingere contrarium
quod hoc non est commune et ita est dicendum de aliis condi
cionibus predictis /

Ex premissis patet quod hii qui sunt de partibus septentrionalibus
vel occidentalibus non sunt communiter habiles ad sciendum naturalem
astrologiam specialiter de iudiciis astrorum / Et secundum ptolomeum in Cen
tiloquio / illi in hoc per naturam modicum possunt proficere qui ad
eam non sunt habiles ex inclinatione naturali quare sequitur quod
secundum astrologiam illi in iudiciis astrorum communiter non proficiunt
Unde propter parum danda est eis fides maxime quantum
ad effectus iudicia que respiciunt effectus fortune Et hec
sufficiat de diversitate locorum et varia condicione habitantium
quantum ad particularitatem descendere magis ad hystoriam phoc
pertinet quam ad philosophos etc

Et quia in hac scriptura sepe de oriente et occidente
fit mencio / Sciendum est quod oriens et occidens in divi
sione totius terre habitabilis non possunt per orizontes sem
per fine alicuius orizontis / secundum quod aliqui dicunt oriens
et occidens / penes ortum et occasum solis ut dictum
est / et ubique est oriens respectu alicuius orizontis

et occidens vbique. Sed verum oriens et occidens ab
astrologis celo et divisione terre sumi debet per vltima terre
vbi mare quod vocatur occeanum deficiat. Et hic est ad vltimum
habitabile vlterioris hyspanie pro occidente / et ad vltimum indie
vlterioris pro oriente / et sic oriens terre dicitur esse pa
rs terre habitabilis versus orientem astrologis vel orientis
primi orizontis terre habitabilis versus astrologorum / et occidens
propter opposita similiter. Communiter autem civitati vel regioni potest
assignari proprium oriens et proprium occidens ut patet in cano
nibus astronomie et tabulis / sicut de toleto ad cuius meridiem
facte sunt tabule tholetane. Auctor non accipit longitudines
civitatum ab occidente secundum astrologos / sed supposuit occidens sibi notum
et certum respectu plurium suarum regionum. Sit autem de
oriente et occidente et eorum varie assignacione dictum
est / sicut comparatur de meridie dici potest / et de parte sibi opposita
que est angulus noctis

Vnde de divisione terre secundum astrologos dictum
est / qui per divisionem climatum procedunt / Nunc aliam
divisionem quam ponunt Cosmographi prosequamur
Sciendum igitur quod secundum Plinium Solinum Orosium
ysidorum et plures alios cosmographos i[d est] mundi descripto
res quibus etiam concordat astrologi alii sicut albategni /

Terra dividitur in tres partes scilicet asiam affricam et
europam / et quelibet illarum partium in plures regiones
imperatorum describere placet secundum orosium libro de ormesta
mundi / et ysidorum libro 14 ethymologiarum / cum multis aliis auctoribus breviter
et sincere ac fideliter veritatem Ad mirabile tamen relacionem quasi
aliqua superaddam / Has vero tres partes mundi veteres non
aliqualiter diviserunt Nam asia a meridie per orientem
vsque ad septentrionem pervenit Europa vero a septentrione in
occidentem. Atque inde affrica ab occidente vsque ad meridiem
vnde evidenter orbem medium tenet due Europa scilicet
et Affrica. Alium vero dimidium sola asia / sed ideo
ille due partes facte sunt / quia inter vtramque ab occeano
mare magnum quod mediterraneum vocatur eas transversaliter
interserendo ingreditur

Verum ergo prius per ordinem singularum illarum trium
principalium orbis terre partium, et de regionibus
earum a descriptione Asie sumet exordium.
Asia ex nomine cuiusdam mulieris est appellata est
Que apud antiquos imperium tenuit orientis. Hec
tertia terre parte ab oriente ortu solis a meridie
occeano, ab occidente nostro mari finitur, a septentrione meotide
lacu et tanai fluvio terminatur, et tribus partibus occe
ano circumcincta per totam plagam transversi orientis ex
tenditur, et versus occasum a dextra europam, a sinistra
vero affricam dimittit. Ipsa vero ad meridiem partem ori
entis habet in occeano Eoo, ostia fluvii Gangis, a sinistra
promontorium Caligardamana. Cui subiacet ad eurum
insula taporbane, ex qua occeanus indicus vocari
cepit, a dextra habet Imavi montis, ubi tauris desinit
promontorium Samara. Cui ad aquilonem subiacet ostia
fluvius ethorogare, ex quo occeanus sericus appellatur.
In hiis finibus India est, que vocata ab Indo flumine
quod ex parte occidentali clauditur, et rubro mari excipi
tur, a meridiano mari usque ad ortum solis porrecta
et a septentrione usque ad montem Caucasum pervenit
reliqua parte Eoo et Indico occeano terminatur. Hec
habet gentes xx. taporbane que habet x civitates, et
absque aliis insulis habitantibus plurimis, inter quas
habet repletam gemmis, et elephantibus refertam. Crisem
et Argirem auro et argento fecundas, Tilem quoque ar
boris foliis numquam carentem. Habet et flumina Gangen
et Indum, et Hyppanem illustrantes Indos.

Terra Indie favonii spiritu saluberrima, in anno bis
metit fruges, vice hiemis ethesias patitur. Gignit
autem tincti coloris homines, elefantes ingentes, monoce
ron bestiam, psitacum avem, ebenum quoque lignum, et
plures species aromaticas, et ebur, lapides preciosos
plurimos. Ibi sunt et montes auri quos adire propter
dracones et griffes ac inmensorum hominum monstra

Impossibile est. Et Asia valde magna est secundum Pli-
nium libro naturalium, ipsa sola est 3a pars terrae habitabilis
et habet gentes 118 et 180 in ipsa. Dicit Europam ma-
iorem. Asia est quae includit Indiam et cetera. Dico itaque
quod frons Indiae meridianus pellitur ad tropicum Capricorni
propter regionem Parthalis et Thraciam vicinam quas ambit
brachium maris magni descendens a mari oceano quod
est inter Indiam et Hispaniam ulteriorem seu Affricam
de qua supra tactum est. Meridianum vero latus Indiae
descendit ad tropicum Capricorni, et secat aequinoctialem circulum
apud montem Malleum et regiones ei conterminas
et transit per Syenem quae nunc Arym vocatur. Nam in ho-
rarsum pluribus dicitur quod duplex est Syene, una sub solstitio
de qua supra, alia sub aequinoctiali circulo de qua nunc est
sermo et haec est civitas Arym quam ponunt mathe-
matici in medio habitationis sub caelo. Et distat aequaliter
ab oriente et occidente, septentrione et meridie. Unde patet
falsitas cuiusdam vulgaris opinionis ponentis Hierusalem in medio
terrae, iuxta id quod dicitur: Operatus est salutem in medio terrae.
Quia longitudo proprie non est quasi in medio terrae habitabilis
ut ostendunt ea quae dicta sunt, sed est quasi in medio
climatum, sicut supra dictum est, et in determinationibus aperitur.

Ex praedictis manifestum est quod magna est India
quantitate, sed ex sequentibus patet quod ipsa non est minor
in mirabilium varietate. Nam in ea sunt plures
altissimae in montanis qui sunt pigmaei duorum
cubitorum homines, quibus bellum est cum gruibus, qui
3o anno pariunt et 8vo senescunt. Apud eos quidam nascuntur
primum colore quasi albo, sed tamen tempore quodam canescunt; ser-
pentum qui ibi habitat medio nigredinem contrahunt.
Sunt ibi macrobii 12 cubitorum longi, qui bellant contra
griffos, qui corpora leonum habent, alas et ungues
praeferunt aquilarum. Sunt ibi agrote et bragmanni qui
vultu in ignem amore alterius vitae infirmi se praecipitant.
Sunt et ibi barbari qui parentes confectos senio solent
mactare, et eorum carnes ad epulandum parant, et
impius iudicatur qui hoc facere negat. Sunt et

alii quidem piscibus crudis vescuntur et salsum mare bibunt. Sunt
ibi quedam hominum monstra et qui adversas habent plantas
et octonos in pedibus digitos. Alii sunt qui canina
capita habent quibus vestis est pellis pecudum et vox
latratus canum. Sunt ibi quedam mulieres et canos pili
crescunt qui in senectute nigrescunt et longo tempore senec-
tutis non excedunt seu etatis. Et alie que quinquennes
pariunt, sed partus octavum non excedit annum. Sunt ibi quoque
monoculi qui et arimaspi vocantur et cenopedes, qui et
ciclopes dicuntur, qui uno tantum fulti pede auram
cursu vincunt, et in terra positi umbram sibi planta
pedis erecta faciunt. Alii vero sine capite quibus oculi
sunt in humeris, pro naso et ore duo foramina habent
in pectore, setasque habent ut bestie. Sunt et alii iuxta
fontem fluminis Gangis qui tantum pomi solo odore vivunt
et si longius eunt pomum secum ferunt. Moriuntur vero si
pravum odorem trahunt. Sunt etiam ibi serpentes tam magni
quod cervos devorant et ipsum occeanum transeunt. Ibique sunt
multe alie bestie horrendarum formarum. In Gange quoque
flumine sunt anguille 30 pedum longe. Ibi etiam est quidam
vermis adinstar canceri binas habens brachia sexaginta
cubitorum qui elephantes corripiunt. Indicum quoque mare
gignit testudines de quorum testis capacia hospitia
sibi faciunt homines. Alia quoque mirranda que leguntur
que omnia narrare longum esset, sed ad auctores
remitto qui de hiis et aliis mirabilibus mundi tractant
ut Plinius et Solinus atque sanctus ysodorus super libro
suo capitulo tercio.

Est iam ad terre descriptionem redeamus. Igitur a
flumine Indo quod est ab oriente usque ad flumen
seu flumen Tygrim quod est ad occasum regi-
ones sunt iste Aratha, Parthia, Assiria,
Persida et Media, plena terra montuosa et aspera.
Hec apprehensione habet montem Caucasum, a meri-
die mare rubrum, et sinum persicum. In medio

aut sui flumina propria ydaspen et arachym vel araburn In hijs vero sunt gentes 32 / Sed quatuor pro ea dicitur quod scripture sacre vniuersam sepe mediam vocet a flumine Tygris vsque ad flumine Eufrates /

Parthusia regio ab vno eius opido nominatur Sed parthia parti a Scitha venientes occupauerunt eam ex nomine suo vocauerunt Vnde fer(?) corp(?) continet parthiam et assiriam et reliquas propriis (?) prouincias regiones a finibus Indie vsque ad Mesopotamiam sibi parte nominauerunt Regna in ea 18 sunt porrecta a Caspio litore vsque ad terram Sitharum

Assiria vocata est ab assure filio Sem qui eam etiam primo post diluuium incoluit / Habet ab ortu Indiam a meridie mediam tangit / ab occidu Tygrim a septentrione montem cantasum / vbi porte caspie sunt In hac regione ille inuentus est vsus purpure / et inde primo crinium et corporum vnguenta venerunt et odores quibus Romanorum et Grecorum affluit luxuria

Media et persida a Regibus medo et perse cognominate sunt / quia tales prouincias bellando aggressi sunt De quibus media ab occasu transuersa parthia regna amplectitur / A septentrione armenia cluditur / ab ortu maris caspio cernitur a meridie persida / Et sunt medie due minor et maior /

Persida vero tendit ab ortu vsque ad Indiam / ab occasu mare rubrum habet / ab aquilone vero mediam tangit / ab austro carmaniam que perside annectitur / quibus est sita opidum nobilissimum / In persida primo ars magica orta est / Ad quam nembroth gygas post confusionem linguarum abiit / Ibique persas colere ignem docuit / Ibique solem colunt qui ipsorum lingwa el dicitur seu mintapatur

Post Parthiam et Mediam et adiacentes
eis regiones. Sequitur mesopotamia. Cuius nomen
Grecam ethymologiam habet, quia in medio duorum
fluminum constituta est. Nam ab oriente tygrim habet, ab occidente
Eufratem, incipiens a septentrione inter montem thaurum
et caucasum, cui ad meridiem succedit Babilonia
Deinde caldea, novissime arabia Eudemon, que inter
sinum persicum et sinum arabicum angusto situ tractu per
orientem extenditur. In hiis sunt 28 gentes. In mesopo
tamia quoque est Civitas Ninive itineris trium dierum a Nino
Rege constructa et nominata. In ea est etiam Babilonis caput
Babilon Civitas tam nobilis, ut non solum ab ea nomen
Babilonia sed Caldea etiam et assiria et mesopotamia
in eius nomine aliquando transierunt. Hanc Nebroth gigas
fundavit, sed Semiramis reparavit. Arabia appellatur
quasi sacra. Hoc enim significare interpretatur eo quod sit regio
thuriferos odores creans. Hanc etiam Greci Eudemon
nostri vero beatam nominaverunt. In cuius saltibus mirra
et Cynamomum provenit. Ubi nascitur avis fenix
Sardonix gemma et yris. Ipsa etiam et Sabba appel
latur a filio Chus qui nuncupatus est Sabba etc.

Oriens autem est quod arabia large sumpta habet omnes re
giones existentes parte maris rubri secundum plinium al
fingarium et philosophos auctores. Specialius tamen accipitur
pro regione solum aliqua que est maris rubri usque ad
Eufratem et sinum persicum versus septentrionem ex una parte
parte. Cuius una pars alia septentrionem et magis orientalem
extenditur ad montem libani. Comprehendit terram mo
ab et terram filiorum Amon et regna Seon et Basan
et aliqua eis contigua, et pro vobis in scripturis in plura
ubi sub nomine arabie comprehenduntur Cedar. Sic
etiam mons Synai est in Arabia secundum dictum apostoli
Sed quandoque adhuc magis stricte accipitur ut excludat
Pharan et Cedar et Madian et Epha et Sabba
et eudemon. Nam pro tempore Iheronimi et deinde accepta
est arabia quia ipse de libro locorum Pharan terram Ara
biam esse et per separatum dicit Madiam et Epha

et Sedar et Nabatheam regiones inter Arabiam que etiam Sabba turrita et eudemo et tota regio Sabba est distincta Sicut totam arabiam sicut modo dictum patet per eundem in Ebraicis questionibus et ut ibi dicam de ista Sabba turrita nichil perfectius Solis est turrita virga salubris. Unde etiam de ista venerunt magi primo Evangelium non de Sabba que est in Ethiopia, nam illa est in meridie.

Syria generaliter nominatur habens multas provincias scilicet Comageram, phenitiam et palestinam Cuius pars est Judea preter Saracenos et Nabatheis. Hanc Syriam Syrus quidam perhibetur indigena a suo nomine vocasse. Situs eius in magnam longitudinem porrectus in latum angustior est. Hec enim terminatur ab oriente flumine Eufrate ab occasu mari magno et Egipto iungitur A Septentrione Armeniam et Capadociam, a meridie Sinum arabicum. Comogena prima provincia Syrie a vocabulo Comage urbis nuncupata est, que quondam ibi metropolis habebatur, habens est a Septentrione Armenia ab oriente mesopotamia, a meridie Syria ab occasu mare magnum.

Phenitiam ex suo nomine appellavit fenix catmi frater qui ex Thebis egiptorum in Syriam profectus, in illa provincia apud Sydonem regnavit, ipsa est ubi tyrus est adeptus Ysmael locus, habet autem Arabiam ab oriente a meridie mare rubrum In hac est mons libanus ad cuius radices oritur Jordanis flumius.

Palestina provincia philistium urbem metropolim habuit que nunc dicitur Ascalon, ex qua tota regia vocatur Cuius ab oriente mare rubrum occurrit a meridie latere Judea excipitur a Septentrionali plaga tyriorum finibus clauditur. Ab occasu limite Egyptio terminatur.

Judea regio palestine ex nomine Jude appellata est ex cuius tribu reges habuit, hec prius Chanaan dicta a filio Cham a .10. Cananeis gentibus quibus expulsis eam Judei possederunt

Judea in latum longitudo eius a vico Arsa usque ad vicum Iuliade porrigitur in quo Iudeorum tenentur ac Tiriorum communis habitatio est. Latitudo vero eius est a monte Libani usque ad montem Tyberiadis latum extenditur. In medio autem eius civitas est Ierusalem quasi umbilicus totius regionis ut de terra Iudee possit aliquis intelligi optatus est salutem in medio terre.

Hec autem terra opinionis est frugibus fertilis agris illustris opima vassarumis. Unde propter hoc existimaverunt Iudei eam terram promissam patribus suis fluentem lacte et melle. Est autem terra non immerito fertilis, cum sit in quarto climate quod est temperatissimum, sicut dicit Albumazar quinto libro maioris introductorii. Nam propter hoc narrat quod Noe et filii eius post diluvium habitaverunt in Babilonia que est etiam in illo climate quia fuerunt peritores astronomie, et docuerunt postea Caldeos astronomiam, propterea quia sciverunt illam terram temperatissimam, ideo ad eam declinaverunt.

Samaria regio est Palestine et ab oppido quod nomen accepit, que civitas quondam regalis fuit in Israel vocata Samaria que nunc ab Augusti nomine Sabastia nominatur. Hec regio inter Iudeam et Galileam iacet media. Cuius situs natura par est nunc differens a Iudea.

Galilea regio Palestine sic vocata est quod gignat candidiores homines quam Palestina. Et duplex est superior et inferior, sibi tamen annexe Sirie et Fenici adherentes. Terra eorum optima est fructibus situs fecunda.

Penthapolis regio in confinio Arabie et Palestine sita est, dicta a quinque civitatibus impiorum, que igne celesti consumpte sunt. Terra olim uberrima, nunc autem deserta atque destituta et combusta

Nabathea regio a Nabath filio Ysmael nuncupata, iacet autem inter Iudeam et Arabiam, et surgens ab Eufrata in mare rubrum porrigitur, et est pars Arabie, circa Penthapolim et Nabatheam regiones est mare mortuum aquis fluente Iordane absorbentur. Ibi sunt et Saraceni a Sarra dicti et Agareni ab

Agar et hysmahelite ab hysmahel/ et nabutheі ab eius filio Nabath/

Ed quia de Syria et Iudea/ ac ceterum pro vinciis in quibus sancta terra situatur/ deque ac eius locis et civitatibus diffuse ac plures quidem scripserunt/ Ideo ad eos de hiis remittere lectorem pro brevitate/ Verum hoc est quod pro presenti narratione utile esse non censeo/ videlicet ut sciamus quanta est terra promissionis et quantum possessa est a iudeis Unde quia Iheronimus dicit in epistola de terra repromissionis/ dicitur et estimatur dicere/ quod nec David nec Salomon nec alii possederunt umquam nisi a Dan usque Bersabe/ hanc post victoriam multos tributarios susceperunt/ Hanc autem terre longitudo inter Dan et Bersabe vix continet 160 miliaria, et ipse ait et infert prudens latitudinem/ nam a Iope usque ad viculum nostrum Bethleem usque ad Iordanem et circiter una dieta Verumtamen parum fuit possessum a iudeis. Credo tamen quod hic quod inter dictum spatium fuit possessum citra Iordanem/ ultra enim habuerunt similiter possessores duae tribus et dimidia, sicut eadem epistola dicit Quia repromissum eis fuit ab Eufrate ex parte orientis usque ad mare nostrum ex parte occidentis et a Cilicia et a Thauro monte a parte aquilonis usque ad flumen turbidum Egypti, et usque ad terram Edom et Moab, et Amon ex parte meridiei Unde cum huic relatione ad ea remitto quae tractat Iheronimus libro 5o et 8o super Ysaiam et 12 libro super Ezechielem

Iam nunc Egiptum describamus que quidem terra dicta fuit ab Egypto Danai fratre ubi regnante Egyptus nominatum est/ habet ab oriente Syriam ac Rubrum similiter mare iuncta

est, et ab occasu libiam habet a septentrione mare magnum, a meridie vero usque ad ethiopes procedit. Regio celi imbribus insueta et pluviarum ignara Nilus eam circumfluens irrigat, et inundacione sua fecundat, unde et ferax frugibus multam partem terrarum frumento alit, ceterisque negociis adeo copiosa ut repleat mercibus eciam orbem terrarum. Continet igitur Canopia a Canope menelai gubernatore sepulto in ea insula, que libiam principium et ostium nili facit. Caput vero seu primum eius est Syene, a qua primum clima denominatur.

Sciendum tamen quod duplex est Egiptus superior et inferior. Superior est continuata ethiopie ut dicit plinius et Thebaides vocatur, unde incipit a Syene que est civitas Thebaidis ut dicit ysidorus libro 15. Et habet a meridie ethiopiam, ab oriente partem arabie, et ab occasu superiorem partem affrice. Hec secundum Orosium in oriente rubro mari terminatur, ubi sunt gentes 24(?), et hec est regio Thebaidos. Thebas enim Egiptias ut dicit ysidorus in libro Cadmus condidit cuius postea grecam ingressus profectus Thebas grecie condidit in achaia, que nunc dicitur principalis civitas et terra principis Amoree. Sed Egiptus inferior concluditur infra nilum ad modum insule triangularis sicut terra gesen que delta terra dicitur esse. Ideo Egiptus delta antiquitus vocabatur. Et habet ab oriente terram philisteorum a septentrione mare mediterraneum, ab occidente affricam, a meridie superiorem Egiptum. Caput vero palestine est ostium nili quod dicitur pelusium ubi intrat unum latus trianguli scilicet unum brachium nili in mare. De quo pelusio dicitur in ezechiele ubi dicitur robur Egipti, que secundum Ieronimum habet portum tutissimum ubi negociaciones maris maxime exercentur. Aliud autem ostium dicitur Canopum ubi aliud brachium trianguli intrat in mare versus affricam. Iuxta vero affrice habet Egiptus alexandriam nobilem urbem ab alexandro magno conditam, que ab illo tempore caput Egipti constituta est. Et hec est a qua tercium clima denominatum est. Et distat a Syene secundum plinium libro 2(?) 700000 stadiorum. Est et Memphis civitas

quod arx Egipti que nunc Damiata vocatur aqua per-
fluviam dictam Tampnis ubi Pharao habitavit, Et
Moyses fecit miracula prout dicit Jeronimus super Ysayam. Sunt et
alie multe civitates quas scriptura commemorat de quibus
pertranseo.

Post Egiptum superiorem Orosius a parte meridiana
ad partem que est ab oriente ad septentrionem transiens
describit montem Caucasum dicens quod inter Colchos
qui sunt super Cymericum mare, et inter Albanos qui
sunt ad mare Caspium mons Caucasus primo attollitur
Cuius quidem usque ad ultimum orientem unum videtur iugum
sed multa sunt nomina. Dicunt enim quidam quod a Caspio mari oc-
cent paginulos vigens pene usque ad Europam porrigitur
Et progenant ac lingwarum varietate in diversis suis partibus
varie ac varie nominatur. Ubi quia in oriente excelsior est
propter niveum candorem Caucasus nominatur. Alibi Nyphates. Alibi Scrapedon, alibi porte Caspie, alibi Amanus
Alibi Coroparis, Alibi Siricus, alibi Ceraunium, alibi
montes Armenie et Hircanie. Et multi hunc credi no-
lunt iugum Thauri montis, quia revera Pariadres montes
Armenie inter Thaurum et Caucasum medii sunt, unum tamen
alio continuari videtur. Sed secundum Orosium hic non ita esse
dicunt. Fluvius Eufrates, qui a radice Parcoatre mon-
tis effusus tendit in meridiem, ipsum montem Thaurum
ad sinistrum excludit. A dextra itaque ipse Caucasus est
inter Colchos et Albanos, ubi et portus sunt, que dicuntur a portis
Caspiis usque ad Armenias pilas, vel usque ad fontem Tigris
fluvii inter Armeniam et Hyberiam montes Acroceraunii
dicuntur. A fonte Tigridis usque ad Carras civitatem inter Mas-
sagethas et Parthos mons Menarmali ubi Amomum
nascitur. A quo proximum iugum est mons qui Parthau
dicitur. Ab oppido Catippi usque ad vicum Saffrim mons Osco-
bares ubi Ganges usque ad fontes fluvii Octorogorre, qui
est a septentrione, ubi sunt montani Paropanisade mons
Thaurus. A fontibus Octorogorre usque ad civitatem
Octorogorram inter Chunos Scitas et Gandaridas mons
Caucasus. Ultimus autem inter Eoas et Passyadras mons
Imavus ubi flumen Chrysorroas, et promontorium Samara

orientali excipitur oceano. Igitur a monte Imauo hoc
ab imo Caucasi, et dextra orientis parte qua oceanus
Sericus tenditur, usque ad promontorium Boreum et flumen
Boreum inde Scitico mari quod est a septentrione usque
ad mare Caspium quod est ab occasu et usque ad extentum
Caucasi iugum quod est ad meridiem Hunnorum et Scitarum
gentes sunt XLII propter terras infecundas diffusorum oberrantes.
Mare Caspium sub Aquilonis plaga ab oceano oritur
i. a loco ei proximo quod est lacus aque dulcis. Cuius
utrumque circa oceanum littora et loca deserta incultaque habentur.
Inde per meridiem prolixas angustias tenditur donec
per magna spatia dilatatum Caucasi montibus radicibus
terminetur. Itaque a mari Caspio quod est ad orientem
per horam oceani septentrionalis usque ad Thanaym fluvium
et Meotides paludes que sunt ad occasum per litus
Cymmerici maris quod est ab Affrico usque ad caput
et portus Caucasi que sunt ad meridiem gentes sunt XXXII.

Generaliter regio proxima Albania ulterior sub mari
et monte Caspio Amazonum nominatur. Et ita descripsimus
de breviter Asie finibus comprehense sunt expedit

Ex Ysidorus prefate moncium ac fluminum di-
stinctioni non insistens aliquas diversarum regionum
particulares describit inquit. Serica regio a
quodam eius oppido quod Sere dicitur nuncupata
est. Hec a Scitico oceano et mari Caspio ad occeanum
orientalem inflectitur, nobilibus frondibus fertilis, ex quibus
vellera decerpuntur que ceteris generum populi Seres ad
usum vestium reddunt.

Bractie regionem proprius amnis Bractus nomen dedit. Preter
hoc eius plane sunt protecte montes Indie, ambiunt
que a dorso sunt Indi fluminis frondibus terminatur, reliqua
includit ortu Oxus fluvius. Habet autem terra hec fortissimos
camelos nunquam atterentes pedes.

Scithia sicut et Gothia a Magog filio Iafet nominata est.
Cuius terra olim ingens fuit namque ab oriente

India a septentrione per paludes Meotidas inter Danu
bium et occeanum usque ad Germanie fines porrigebatur.
Postea vero minor effecta a dextra orientis parte qua occeanus
Sericus tendit usque ad mare Caspium quod est ad occasum
dehinc ad meridie usque ad Caucasi iugum deducta est.
Cui subiacet Hircania ab occasu habens gentes plu
rimas propter terras infecunditate late vagantes ex quibus
quedam agros incolunt, quedam portentuose ac truces
carnibus humanis et eorum sanguine vivunt.
Scithie plures sunt terre locupletes, inhabitabiles tamen multe,
nam dum in plerisque locis auro et gemmis affluat, griffo(rum)
inmanitate accessus hominum rarus est. Hec etiam patria sma
ragdis optima est, hec et cristallum purissimum et flumina
magna Oscorum, Fasiden atque Araxen.

Hircania dicta est a silva Hircania que Scithie subiacet
habens ab oriente mare Caspium, a meridie Armeniam, a
septentrione Albaniam, ab occasu Hiberiam. Est autem plurimis
aspera copiosa inmanibus feris, tigribus pantherisque et
pardis. De qua Virgilius: Hircanieque admorunt ube
ra tigres.
Albania a colore populi nuncupata eo quod albo crine na
scuntur. Hec ab oriente sub mare Caspium surgens per mare occeani
seu per arcum occeani septentrionalem usque ad Meotides pa
ludes per deserta et inculta extenditur. Huic terre canes
ingentes sunt tantaque feritate ut et tauros premant leones per
imant.
Armenia vocata ab Armeno Iasonis Thessali comite
qui amisso rege Iasone collecta multitudine eius que passim va
gabatur Armeniam cepit. Sita est autem inter Taurum et
Caucasum, a Cappadocia usque ad Caspium mare protensa,
habens a septentrione terminos montes, ex quorum collibus
Tigris fluvius nascitur. Et in eius montibus archa post
diluvium sedisse perhibetur. Duplex autem est Armenia superior
et inferior sicut et due Pannonie.
Hiberia regio est Asie iuxta pontum Armenie coniuncta. Ibi
herbe tinctui utiles nascuntur.
Cappadocia urbs propria nominatur que in capite Syrie posita
ab oriente Armeniam tangit, ab occasu Asiam minorem

ab aquilone mare Cimmericum et Themiscyrios campos
quos habuerunt Amazones, a meridie vero Taurum
montem qui sub Cilicia et Isauria usque ad Cilicium
sinum, qui spectat contra ad insulam Ciprum. Terra
eius cum civitatibus multis quorum alias ampliores per eam fluunt,
qui vero hodie regna distinxit a parte.

Ubi vero Scythiam et Hyrcaniam protestes ei adia
centes alias per regna dividunt et denominant.
Regnum S   ab oriente habet occeanum, a me
ridie insulas occeani, ab occidente regnum Tharse, ab
oriente habet regnum Cathay, a meridie diversissimam provinciam
vocatam Sin, ab occasu regnum Turquestan, a septentrione quoddam
desertum.
Regnum Turquestan ab oriente habet regnum Tarse, a meridie
caput deserti Indie, ab occidente regnum Partie, a septentrione
regnum Corosmie.
Regnum Corosmie ab oriente habet desertum quod per 100 dietas
extenditur, a meridie regnum Turquestan, ab occidente mare
Caspium seu mare de Sara, quod etiam dicitur Caspium, et a
septentrione regnum Cumanie.
Regnum Cumanie habet ab oriente regnum Corosmie, a meridie
flumen quod vocatur magnum, ab occasu mare maius et Thanais,
a septentrione regnum Russie. Maior in eo urbs Sara est (?).
Regnum Iberie alias Georgie habet ab oriente magnum montem
vocatum Albozor, ubi multe nationes habitant, et vocatur
mons, et patria illa Alania T Ab meridie habet Armeniam,
et extenditur per occidentem versus septentrionem usque ad aliquas provincias
regni Turquie, et longitudo extenditur per totum mare maius
et per medium, et dividitur in duo regna, quorum unum
vocatur Georgia quod semper fuit subiectum imperatori Asie, aliud
vocatur Abcas semper liberum a dominio Tartarorum.

Asiam minorem describit ante Egyptum Orosius bre
vissime quod de eius provinciis nihil loquitur. Sed propter po
tentiam Asie maioris regionis potentis eam Turquiam
vocat, cuius quattuor provincias describit. Ipsa namque ab oriente
ad Cappadociam Syriamque protenditur, et alibi undique circumdata
est mari: a septentrione ponto Euxino, ab occasu Propontide
atque Ellesponto, a meridie mari nostro, id est mari Egipti, ubi est

olimpus et de ea mel and et crescius/

Bithinia pa cuj prouincia in ponti exordio ad ptez sol ori
entis adusa tracie iacet/ multis antea nobus appellata
Nam prius beritia vel Berita dicta/ deinde migdonia
mox ab Intino Rege Bethinia nuncupata est/ Ipa
est et maior frigia et
Nichomedia vrbs in ea est vbi anibal fugiens venei
haustu aiam expirauit/

Galacia dicta a pscis gallorum gentibus/ a qbus excitata et
incolata Naz Galli in auxilium Regi Bithinie vocati
regnum cu eo patrata victoria diuiserunt/ et deinde
grecis admixti primum gallo greci nunc ab antiquo noie
Gallati dicuntur

Affrigia ab vna Europis filia dicta est/ hec et dardi
nia a dardano Jouis filio dicta/ Ibi Ganimedes
cremem prius genuit celesti Jupiter arte/ hec aut
prospectus de Cornita Emite prius venit in affrigiam
est aut Regio troadi sociata/ Ob aqlone pte Galla
cia est/ a meridiana vicina est licoarnie/ ab oriente
lidie adhes/ ab occidente ab ellesponto mar terminatur hec
Regio troya est quam ex pprio noie applauit Tros Troia
norum Rex Ganimedis pater/

Due aut sunt affrigie maior et minor habet et zimma
hec minor vero ylium/ Cuius menia dicitur pgamia/ lli
chaonia et Cariaz dsecuit a ffrigia/ hec mg flumis an
reis arenis famosus/

Lidia vrbs antiqua Regnorum que antea meonia
dicebatur/ hec pprii bnite in duos fres Reges lidiumi
et Tirrenum ferre no possz/ Sit ex forte Tirrenum cu i
genti multitudine pfectus loca Gallie occupat et Tirrenia
noiat/ Lidia aut a lidoo Regis fre qui ibi remansit
cognominata est/ Cornigi aut ab oriente minor ffrigie/ ab
ortu Zimmia/ het vrbem qua ellus flumis tingit/
Cuius campos partus et hermus flumis influit arcis
aureis ditissi/ Prca aut est tinteria/

Pamphilia int Ciliciaz et lyaoniaz mediaz est/ que
fabilla pte qua Gallicie gmina est hec Ciuitates ix

Isauria ex psa loci noiata est/ qz vndiqz aurarum flatibus
pateat/ metpolim hec seleuciaz/
Cilicia a Cilice quodam nomen habet que antiquiore Jone
frisse dicitur/ het plurima iaz campis/ incipiens ab

occiduo liciam, a meridie mare tirrenum, a tergo montem
Apennini magna / hanc Sigiuus amnis interfluit, matrem vr-
bium habet Tharsum, Armeniam / In ea est coricus oppidum / ubi
crocus optimus venit /
Licia nuncupata est ex absente adiacentia sicut Cilicie / Nam
habet ab oriente et meridie Cicilie mare, a septentrione
Cariam, ubi est mons Chimera qui nocturnis estibus
ignem exalat sicut in Sicilia Cicilia ethna et vesuvius
in campania et hec dicta de Asia sufficiant etc.

Nunc vero post descriptam Asiam ad Europam
transeamus / hec ab Europa Agenoris Libie
Regis filia vocata est Iste autem est a genere
Libie filius ex qua Libia id est Affrica vocata fertur
Unde patet prius Libiam accepisse nomen, postea Europam
Europa autem in tertiam partem orbis divisa incipit a mon-
tibus ripheis et flumine tanay, descendens ad occasum in
per septemtrionalem occeanum usque ad fines hyspanie Cuius
pars orientalis et meridiana a ponto consurgens toto mari
magno id est mediterraneo coniungitur et insulas Gades
ubi videntur hercules columpne finitur / vel melius ut quidam
dicunt finem capit a capite sancti Vincentii de Regno por-
tugalie etc.
Prima Europe Regio est Sithia inferior que a meotidis pa-
ludibus incipiens inter Danubium et occeanum septemtrionalem
usque germaniam porrigitur /
Dacia post hanc ubi et Gocia etc.
Deinde Germania ubi plurimam partem Suevi incolu-
erunt, quorum omnium gentes sunt [illegible] Germania post ~~sit~~
Sithiam inferiorem a danubio inter Renum flumen occe-
anumque conclusa cingitur, a septemtrione et occasu, occeano, ab
ortu vero danubio, a meridie Reno flumine dirimitur
Terra dives virorum ac populis numerosis et immanibus
Unde et propter fecunditatem gignendorum populorum germania dicta
est, mittit cristallum et gemmas aliquas / Due autem
sunt germanie superior iuxta septemtrionale occeanum, et
inferior circa renum /

inter a barbarico quantus danubius ad mare
nostrum secludit expediam / Sunt enim provincie
quas dividit danubius a barbarico ubi sunt
wandali, eruli, turilingi, vinuli, qui postea
ytaliam possederunt, et postea longobardi dicti sunt Sco

thoringi storingi volgares hunni Seueni Saxones
aliique multi/ qui ab oriente habet pannoniam/ ab
occidente Speciam/ a meridie ytaliam a aquilone danubium

Messia vero prima est inter provincias quas danubius
a barbaricis ad mediterraneum mare dividit/ que a
messium proventu vocata est/ unde et eam veteres
veteris horreum vocabat/ hec ab oriente hostiis danubii
iungitur/ ab euro vero tracie/ a meridie macedonie
/ab occasu hystrie copulatur/

Pannonia post messiam secundum orosium ysidorum inde no
stris ager frigidus/ et parumque fructuosus/ posterius
vero tellus frugibus ferax qui excipit galliam belgicam
Pannonia vero ab alpibus apennine est intercepta/
quibus ab ytalia secernitur regio fortis et solo leta/ duo
bus satis a tribus fluminibus drano savoque vallata co
niungitur aut cum norico et retia/ habet ab oriente messiam
/ab euro hystriam/ ab affrico vero alpes apenninas hinc
/ab occasu galliam belgicam etc

Hystria vero habet a septentrione pannoniam cum ysterem amplissimi
nominis dedit qui eius terram influit ipse est danubius
qui in rethia que est alamania ab alamanis lacu ut
quidam dicunt notato ortum habens sexaginta quo principuus
fluminibus augetur et in septem ostia ut nilus dividitur
/et tandem mare ponticum ingreditur/

Gretia alias tracia secundum orosium post messiam locatur
hec habet ab oriente propontidis sinum et civitatem constanti
nopolim que prius Bizancium dicta est/ a septentrione partem
dalmatie/ et ab ea parte ysterem extenditur/ ab occasu et
affrico macedoniam/ ab euro/ a meridie egeo mari adheret
Unam regionem dicitur bulgarorum et hungarorum/ et generaliter populi messi
gete/ Sarmate/ scite/ aliique plurime nationes incolunt
Ampla est enim/ ubi quoque ideo multi fuerunt sunt getes ebres
aut fluminis tracia findit/ qui etiam gentes barbarorum
plurimas tangit/ hanc vero a generatione incolarum quondam tracia
appellatam dixerunt/ vel tiras japhet filius ibi veniens
ei nomen dedisse perhibetur ut aliis placet/

Post traciam orosius macedoniam locat/ sed ysidorus
Greciam/ que a greco rege vocata est/ qui imitans

cuius regionum nobilitate regno. Cuius sunt provincie .6.
Dalmatia prima ab occidente, deinde Epirus,
inde Ellas, inde Tessalia, inde Macedonia, inde
Achaya, et due in mari Creta et Ciclades.

Dalmatia a quadam eius provincie magna civitate Delmi
nomen existimatur. Habet autem ab oriente Macedoniam,
a septentrione Mesiam, ab occasu Hystria finitur, a meridiano
vero Adriatico sinu clauditur.

Epirus autem a Pirro Achillis filio cognominata est. Cuius prius
Caonia, que a Molosso dicebatur, a Molosso filio
Pirri quem ex Andromacha habuit. Sed postquam occisus est Pirrus
insidiis Orestis, Andromacham Helenus suscepit, tenuit
que regnum privigni, quod pro successit. A quo Molosia dicta
est pars Epiri, quam Helenus postea a fratre Caone quem
in venatu ignoranter dicitur occidisse Caoniam vocavit, quasi
ad solatium fratris extincti.

Ellas dicta est a rege Ellana Deucalionis a Pir-
ro filio, a quo primus Greci Ellenes nuncupati sunt. Ipsa
est Attica terra a quadam femina sic vocata. Hec inter
Macedoniam et Achaiam media iacet, Archadie a sep-
tentrionali parte coniuncta. Ipsa est et Grecia vera, ubi fuit
Athenas civitas mater liberalium artium litterarum et
philosophorum nutrix, qua nil habuit Grecia clarius. In
ea est Marathonius campus opinione quadam
prelii ternetissimi. Huius autem sunt due provincie
Boecia et Peloponensis.

Boecia a Cathmo Agenoris filio qui cum sororem per-
didit sic vocata est, ubi et Thebas urbem construxit,
in qua olim civilia bella detonavit, et ubi nati
sunt Apollo et Hercules maior illius Thebanus. Eadem
est Eonia vocata a fonte quodam Apollini et Musis
consecrato.

Peloponensis vero prius ab Eludis appellatione rege Atti-
ce vocata est.

Tessalia a Tessalio rege cognominata est, que ad
meridianam plagum Macedonie coniuncta, cuius a
tergo Pieria est. Multa in Tessalia fuerunt civitates

et oppida inter que precipua Tessalonica ubi est mons Parna
sus quondam Appollini consecratus/
Tessalia patria Achillis fuit et origo Lapitharum/ de quibus
fertur/ quod hii primo equos frenis domitauit/ unde et Cen
thauri dicti sunt/ ibi primum solidi auri facti sunt

Macedonia primo ab Emathia rege Emathie nomen accepit
postea Macedo Deucalionis maternus nepos/ postquam ibi accepit
principatum Macedoniam a suo nomine dixit/ Est autem cuius
ab oriente Egeo mari/ a meridie Achaye/ ab occasu Dal
matie/ a septentrione Messie/ hec Alexandri magni fuit
patria/ regio auri et venis argenti opulenta/ Mons
Olympus in ea est qui tam altus est ut in cacumine nec
venti nec nubes senciantur/

Achaya ab Achayo rege et urbs et provincia appella
est/ hec pene insula est nam absque septentrionali parte
qua Macedonie iungitur undique septa est mari/ ab ori
ente Mirtoo mari alias Mirteum/ ab euro Creticum/ a
meridie Ionii/ ab affrico et occasu Cyclopadibus insulis/
hinc caput est urbs Corinthus Grecie decus/ Inachus no
est a tanc fluvius/

Archadia autem sinus Achaie est ut platani folium inter
Ionium et Egeum mare exporrecta/ que Archadis Jovis et
Caliste filius ex suo nomine nuncupavit/ Ipsa est et Sicyonia
a Sicyone rege/ a quo regnum Sicyoniorum est dictum/
Habet autem flumen magnum Erimanthum/ absbeston quoque lapidem
qui semel accensus numquam extinguitur/ candidissime etiam ibi mer
ule nascuntur/

Quenas quoque Orosius Pannoniam cum Norico et Recia post
Dalmaciam describit/ Isydorus etiam licet eam post Mesiam
locavit/ postea vero Pannoniam et Hystriam describens eas per
Greciam et Ytaliam tollerauit/ ut istud obstat nam
cum quodque regio vel provincia potest ab auctoribus variis locis collo
cari/ secundum diversos aspectus seu diversas habitudines/ quas
habere potest penes eius diversas partes ad diversas regiones/ Propter
ea etiam aliqui Lacedomoniam post Pannoniam describunt/ que habet
ab oriente Mesiam/ ab euro Hystriam/ ab affrico Alpes Appe
ninos/ ab occasu Galliam Belgicam/ a septentrione vero iungitur
Danubium Athenas/ qui per fere arctis partibus mari con
dat/ Affluvius quod Galliam et Germaniam dividit/ et hec

Germania ab oriente Panonie, Ungarie et Bohemie cingitur, a meridie finibus ytalie

Ytalia olim a grecis populis occupata magna Grecia appellata est, deinde a regis nomine Saturnia, mox et Lacium dicta, eo quod Saturnus a Jove sedibus suis pulsus ibi latuit. Postremo ab Ytalo rege ibi regnante ytalia vocata est. Cuius pars longitudine amplior quam latitudine, a circio in eurum extenditur, a meridie tirreno mari, ab aquilone adriatico clauditur, ab occidente alpium iugis finitur. Terra pulcherrima soli fertilitate, pabulique ubertate gratissima. Habet lacus benacum atque lucrinum, fluvios eridanum, tyberim et potentes fontibus baias. Gignit gemmas cerites, corallium et lygurium, draconitem quoque serpentem, lincem feram et diomedias aves. Ytalia vero et hyspania ideo hesperie dicte sunt, quia greci per hesperum stellam navigabant et in ytalia et in hyspania, que inde per distinctionem quia hesperiam solam dicunt. Post fines ytalie que in occidente est finem, habet autem plurimas provincias.

Tuscia enim est pars ytalie, umbria vero pars tuscie. Tuscia vero a frequentia turiferi et turis vocata est. Umbria vero ut hystorie tradunt ab eo quod hoc tempore cladis aquose in quadam flumine aliis diluvii ymbribus superfuit nominata est. Est enim ymago appetitum motibus posita in parte ytalie iuxta meridiem.

Etruria pars est ytalie dicta per quod ceteris finibus tendebat usque ad ripam fluminis tyberis. Rome enim pars una per tyberis ripa tenebatur. Alii etruriam dictam ab etruro principe putabant. Eadem ethiruria et thirrenoludia fratre. Sed etiam tuscia usque vocabatur et nunc asserit dicitur tuscia.

Apulia ubi brundisium quam etholi diomedem secuti condiderunt.

Campania provincia ytalie habet tractus hyeme et estate virentes quam a capite capua dictum ferunt.

Est et longobardia a longis barbis dicta, ubi est padus fluvius.

Venecia vero sequitur a Veneto Rege dicta fuit et alie patrie et Civitates precipue quas describere non est presentis operis/

Gallia a candore populi nuncupata est Galla enim Grece latine dicitur. Hec ab oriente alpium iuga tuetur, ab occasu occeano includitur, a meridie prerupta pirenei, a septentrione Reni fluenta atque germania, Cuius initium belgica finis aquitania est, Regio gleba uberi et pabulosa, et ad usum animantium apta, fluvijs quoque et fontibus irrigua perfusa magnis duobus fluminibus Reno et Rodano/

Galliam belgica a Civitate que belgis dicitur vocata est, Cisalpina gallia quasi Citra alpes Transalpina gallia id est ultra alpes contra meridiem, Retiatina vero quasi sit iuxta Renum/

Aquitania vero ab obliquis aquis ligeri fluminis appellata est, qui ex plurima parte eius terminus est, Eam quoque pene in orbem cingit/ Hec de Gallia breviter loquitur ysidorus/ Sed Orosius eam describit aptius in modum qui sequitur/

Gallia belgica habet ab oriente limitem fluvium Reni et germaniam ab Euro, alpes appenninas, a meridie provinciam narbonensem, ab occasu lugdunensem, a circio occeanum britannicum, a septentrione britanniam insulam Gallia lugdunensis ducta per longum et angustum inflexa aquitanie provinciam semis cingit, Hec ab oriente habet belgicam / a meridie provincie partem narbonensis qua Arelas Civitas sita est, ubi et mari Gallico Rodanus flumine excipitur/ Gallia seu provincia Narbonensis habet ab oriente partem alpas Stacias, ab occidente hyspaniam, a circio aquitaniam, a septentrione lugdunensem, ab aquilone Galliam Belgicam, a meridie mare gallicum, quod est inter Sardiniam et insulas balleares, habens in fronte qua Rodanus fluvius in mare exit insulas stegadas, Aquitania provincia ab obliquo cursu ligeri fluvius, qui ex plurima parte terminus eius est in orbem agitur, Hec a circio

occeani qui Aquitanicus sinus dicitur, et ab occasu
hyspanias habet, a septentrione et oriente lugdunensem
ab euro et meridie narbonensem provinciam attingit.

Sciendum autem est quod ysidorus et orosius aliique alij
cosmographi nil pene locuti de Francie regno in
Gallijs constituto, quod omnium regnorum Europe nunc maximum
est, nil etiam de eius precipua civitate Parisius ubi
est velud quedam mundi lucerna, tam divinarum quam
humanarum studium litterarum, nichil preterea de alijs huiusmodi regnis
civitatibus ac marchionibus preminentissimis, ac aliarum monar-
chiarum, hinc regno adiacentium, puta lotoringorum, leodiensium
barbantinorum hanoniensium Cameracensium, flamingorum
aliorumque plurium, in quibus sunt urbes et oppida populis
innumerosis et multis bonis ac divitijs copiosis, Credo ideo
factum silentio, quia hij antiqui auctores tractabant
non de dominationibus regnorum, que sepe mutantur
sed de dispositionibus regionum, que pro alia immutabiliter
manentia describuntur, Et forte etiam quia partes iste non
tunc sicut nunc erant populate nec famose, sed et nostri
Cosmographi Grecorum et Romanorum scripta secuti sunt, qui res
suas multo plus quam alienas extulerunt.

Yspania primus ab hibero amne hyberia nun-
cupata est, postea ab hyspano hyspania.
Ipsa est et vocata hesperia ab hespero stella occidentali
dicta, sita est autem trigona, circumfusa occeani tirreni-
que pelagi pene insula facta est, huius angulus pri-
mus spectans ad orientem arctos aquitanica provincia, a principe
balearico mari civitatis Narbonensium finibus inseritur.
Secundus angulus eius etiam intendit ubi Brigantia
Galicie civitas sita, ad speculam britannie erigitur.
Tertius angulus eius quo gades insula intendente
in affricam athlantem montem interiacenti sinu occeani
prospicit. Sita igitur est hyspania inter affricam et
galliam a septentrione pireneis montibus clausa, a reliquis
partibus undique mari conclusa, salubris celi equalitate
omnium frugum generibus fecunda, gemmarum metallorumque co-
pijs ditissima. Interfluunt eam flumina magna, Betis
Minius Iberus et tagus aurum trahens ut pactolus

Habet aut̄ provincias sex Terragonensem Cartaginē-
sem et lusitaniam Galliciam veticam, et tusertia in re-
gione Affrice Tingitaniam/ Due aut̄ sūt hyspanie Ci-
terior et vlterior sic dicte q̄i Citra et vltra, s̄ citra q̄
citra tras et vltra vltra, vl quia post hac nō sit alia Re-
hyspaniam citeriorē ab oriente incipiente prienni saltus
a pte septētriōis usq̄ ad cantabros et asturos deduat
atq̄ inde p̄ vacceos et oretanos quos ab occasu hab-
posita in nostri maris litore carthage determinat et ita
a prieno usq̄ ad cartaginem porrigit̄/ hyspania hz
vlterior ab oriente vacceos celtiberos et oretanos
a septētriōne occeanum a meridie gaditanum occeani fretū
vnde mare nostrum qd̄ tirrenum vocat̄ emittitur
Et ita hr̄ in meridie a celtiberis usq̄ ad Gaditanum fretū
usq̄ in provincias affrice et extendit̄ vltra Gades
herculis ac attingit montem athlantem/ Dr̄ eciā qp in
hyspaniam que nūc sic vocat̄ et affricam nūc dictam
aliquā nō erat aqua diuidens s̄ terra continuas ab antiqs
tpibus/ Ej ... in occeanum irruit in pfunda t̄re
iunxit se mari nostro mediterraneo, qd̄ diuidit plures
Aragonie provinciae et ytalie/ Et hec de Europa
dicta sufficiant/

Peragrata europa iam ad affricam veniamus
hec dicta est libia/ q̄r inde libs flat .i. ventus
affricus/ alij dicunt a quadam muliere que ibi
regnum possedit libiam appellatam sic prius dicta
est Affricam aut̄ vocatur quidā inde existimant
qr̄ apricam q̄r sit sine horrore frigoris/ Alij
dicunt Affricam appellari ab uno ex posteris abrae de
Cethura qui vocatus est affer/ Et hec testatur Josephus/ hec
tamē post plures tempus regio inhabitata fuit a filio
Cham/ quorum unus phuth dicebat̄/ vnde adhuc
fluuius est hidra, qui phuth hic dr̄, sic et tota
regio phutensis Secundum aut̄ Salustium qui a yesip-
pho alias Egesippo hystorio grapho teste ac etiam
ab auctore eliginus est, hanc affricam ab inicio habuit
Getuli et libies qui secundum ysidorum a grecis sine gote
ant getes ab aquilone p̄ mare venerūt/ Getuli vero
usq̄ egiptum et libies occidente habitauerunt
ab erroribus/ latius p̄ regionum amplitudinem/

Sed ut idem Salustius ait Postquam in hyspania
hercules interijt / exercitus eius dimissus est / Medi
persae et armeni navibus in affricam transvecti loca
proxima occupaverunt / et paulatim persae conubiis se getulis
permiscuerunt. Et quia saepe vagi temptabant loca semetipsos
numidas vocaverunt i. sine oppido vagos et erraticos
sicut et ysidorus libro 9° Medi vero et armeni proximi litus
maris nostri annumidis usque ad gades habitabant iuxta libyes
Sed medi persica paulatim per linguae barbarae corrumpaz
Mauri appellati sunt / Et omnes ab occeano et gadibus
usque ad provinciam Cartaginiensem habitaverunt / Et pro
vinciam nomen secundum Salustium et ysidorum dedisse
Sed iam secundum Orosium de hijs dimissoe tre lo
cutus. Quam affricam antiqui tertiam orbis partem
dixerunt non spatiorum mensuras secuti sunt / Nam licet mare
quod ab occasu ab occeano oritur in meridiem magis vergens
angustiorem intelliges potius affricam iam Europae
portum appellare maluerunt / Propterea cum multo amplius
terrae in affricam ardore solis / quam in Europa rigore
frigoris incultum atque incognitum sit / quae omnia germaniae
tollerabilius sunt frigus quam summum calorem sustinet
Ideo affrica et situ et populis minor est / quia et natura
sui minus habet spatii et caeli inclementia plus deserti
Incipit autem a finibus Egipti usque ad athlantem montem
a septentrionali vero parte mediterraneo mari coniuncta clau
ditur / et in gaditanum fretum finitur

Habet autem Affricam continens provincias Libia Ci
rinensis in parte affricae prima est / a Cirene
urbe metropoli quae est in eius finibus nunc
cupata. hinc ab oriente Egyptus est. Ab occasu sirtes
maiores et tragodite / a septemtrione mare libicum / a me
ridie mare libicum ac barbarorum variae nationes et soli
tudines inaccessibiles. quae etiam basiliscos serpentes creant

Pentapolis greca lingwa a quinque urbibus nuncupata est, scilicet Berenice, Sirene, Ceuta, Appollonia, Ptholomaida. Ex quibus Ptholomaida et Berenice a regibus nominate sunt. Est autem Penthapolis Libie Sirenensi adiuncta et eius finibus deputata, unde et regio Sirenensis dicitur a Sirena civitate, de qua in quarto Regum legitur et in Ewangelio Luce dicitur de Symone quodam Sirenensi et in actibus apostolorum de synagoga Sirenensium. Sirenensem vero provinciam cum usque Egyptum secundum multos auctores reputatur, licet Plinius eam per se propriam constituat ab eo que vocatur Libia Nerotis.

Tripolitana provincia que est sub Tunctana ut regio Arzugum dicitur, quamvis Arzuges per longum Affrice quamque gradiuntur vocitentur, ubi Leptis magna civitas est, habet ab oriente Aras Philenorum inter fines maiores et Hugoditas, a septentrione mare Siculum vel potius Adriaticum, ab occasu Bisantium usque ad lacum Salinarum, a meridie Barbaros Getulos Nataboreos et Garamantes usque ad oceanum Ethiopicum pertingens. Hanc Greci Tripolitanam vocant a numero trium magnarum urbium quarum maior est Leptis. Alie sunt Ocea et Sabreta. Leptis autem ibi est inter duas Sirtes, minorem apud Carthaginem et maiorem apud Egyptum, quas Salustius refert esse loca vadosa et arenosa que cum excitantur ventis et fluctibus maris erectis pulveres miscent et arenas ~~maris~~ copiosas, unde Sirtes greci dicuntur a trahendo pulveres vel arenas. Ideo habitubus loca proxima inde plurimum perturbantur. Hec etiam alias vocatur Libia vel Affrica. Affericus quia ibi Fenices habitabant, scilicet Tyrii et Sydonenses. Et est hec terra fertilitatis eximie, nam centesimam fructum reddit ut dicit Plinius.

Bisantium regio ex duobus nobilissimis oppidis nomine sortita est, ex quibus unum Adrumetum alterum

Byzacium vocatur et prius Tripoli esse dicitur terra utique
fecunda ut iacti ibi seminis incrementum per centesima
fruge renascantur/

Zeugis regio est ubi Cartago magna situatur
Ipsa est et vera Affrica que Cartaginensis
dicitur/ Unde secundum Salustium phenicienses a Tiro
et Sydone venientes imperii cupidine loca
invaserunt Affrice/ Et Numidas et getulas et ceteros
Affricanos tractaverunt et Cartaginensium provinciam fir-
maverunt/ in qua fuerunt Ecclesie civitates nobiliores scilicet
Ypona beati Augustini/ et Utica Cathonis/ omnium nobilior est
Cartago que in Ebreo tempore dicitur pre prius Kethile dicta
Iocus/ unde et in diversis scripturis de Cartaginensibus
sepe legitur/ Hec Cartago fuit tamquam altera Roma
Cuius imperium extendebatur versus Egiptum usque ad
Aras philenorum/ quas Cartaginenses erexerunt in
memoriam duorum fratrum qui phileni dicebantur/ Et
qui pro eorum republica voluntarie vivi obruti sunt
Ut narrat Salustius/ et ubi are predicte fuerunt eodem
Salustio teste Cartaginenses et Cirenenses imperiorum
suorum fines constituerunt/ Hec itaque Regio inter Bizan-
cium et Numidiam sita est a septentrione mari circum-
cincta/ Et a meridie usque ad getulorum regionem
porrecta Cuius proxima quamquam fructifera sit ul-
terior aut bestiis serpentibus plena atque onagris
magis in desertis vagantibus/

Getula autem affrice pars mediterranea est que a gete
nomen accepit secundum Salustium ut dictum est/

Numidia ab incolis passim vagantibus sic vocata
est/ quia nullam certam habent sedem/ Nam lingua
eorum incerta sedes et vage numide vocantur/ Incipit
autem a flumine Vasanga et in Zeugitanam id est affricam
Cartaginensem limitem deserit/ Habens ab oriente

Syrtes minores et Zeugitanam, a septentrione mare
nostrum quod spectat ad Siciliam et Sardiniam, ab occasu
Mauritaniam Sitifensem, a meridie montes Usare, et
post ea Ethiopum gentes pervagantur usque ad Occeanum Ethio
picum. Regio autem est pinguis, ubi autem silvestris est
feras educat, ubi iuga ardua equos et onagros
procreat. Est ibi eximium marmor quod Numidicum
dicitur. Habet autem urbes precipuas Yponem Regium et Rusi
cadam.

Mauritania a medicis nomen accepit secundum Sa
lustium ut supra dictum est, vel secundum Ysidorum sic
vocatur a colore populorum. Greci enim nigrum mauron
morum quam aliquam partem vicinam inhabitat lx perlige
mites vitemq ea que ipse de pibusdam ciuitatibus
narrat Quatuor vrbes mucte sunt quarum vmbra quedam
et species in fauilla videtur arderi/ terre ardent et aque
in quibus celestis ignis reliquie adhuc manent/ appa
rent ibi ad speciem poma virencia formatos racemos
ut edenti gignant spectantibus cupiditatem Si carpas
fatiscunt et resoluuntur ad in cineres fumum quasi adhuc ardeat

* Et Tyberiadis lacus ab oppido Tyberiade
vocatus/ quod est herodes in honore Tiberii
Cezaris condidit/ est aut in Judea vitis
lacubus salubrior et ad sanitatem corporis
caris efficacior Circuit aut stadia xv hunc ytinerar
lacus Genezar amplissimus in longitudine 120 ex
tenditur stadiis/ In latitudine 40 diffunditur crispantibus
aquis aura non aquis ventis s3 de seipso auram sibi
creans vn Genezar greco vocabulo dr .q. generans
sibi auram/ Denique per diffusiora spacia lacus frequenti
bus agitatur auris spirantibus/ vn et purior eius
aqua et ad potandum dulcis et abilis Ex hoc patz
qr hos lacus distinguit ysidorus/ et quantitate et quali
tate/ Quamuis quedam glosa super matheum dicat idem esse
stagnum Genezar et mare Tyberiadis s3 lacus non est
simul s3 vulgari nomine dicitur esse vnum et idem propter

Vicinitate eorum quina contagia sint / cuius tamen exemplum Ethiopum
nostris ostendit /
Venacius lacus ytalie ex venacia dicto fluvio
nascitur Minerus qui lacus pro magnitudine tempesta
tes imitatur marinas /
Lucrinus et Avernus lacus Campanie sunt / Lucrinus autem
dicitur quia olim propter copiam piscium lucra magna prestabat
Avernus autem lacus dicitur / quia ibi aves pervolare non
possunt / nam antea plenarum densitate silvarum ambiebatur ut
exhalantes inde aquis sulphureis odor gravissimus pervo
lantes aves alitum pro necaret / Octavianus autem augu
stus Cezar intelligens decisis silvis ex pestilentibus
amena reddidit loca /
Omnium lacuum et stagnorum describit ysidorus villaz fat demum
Caspio meminit / licet tamen a quibusdam asseratur esse lacus atque
ductus totius orbis maximus Caspium autem dicimus mare
legimus unum in meditullineis nulli communicans mari
aliud vero ab occeano procedens situ et instituto hir
canasque discindens / et licet ut quidam arbitrantur negli
gentia ex uno duo facta sunt / nam moderni qui scita
perscrutati sunt Regna dicunt Caspium mare inter hirca
nos Caspios quoque motus immensum occupare spacium
nec illud habere exitum vel introitum / sed estimavit quod in
eum confluunt fluminibus suis et in modum lacus reducuntur
in litora caspii incolunt et hircani / a quibus variis
in locis nomen sortitur dicimusque ut in uno loco Caspium
in alio vero loco hircanium denominatur / veteres autem di
cunt licet mare Caspium ex occeano magno fluido angu
sto ore trans intrare et ubi longo fretu dum per
tulit amplissimum occupat locum effunde inde in
pyramidis formam diffundens / cuius unus quidem introitum
oppositus est / hircanum mare vocatum dicitur / qui autem ad
dextrum Scithicum / qui vero ad sinistrum Caspium
ipsum autem ferum asserunt et importunum mare et
undique turbinibus et procellis expositum ductus ipsum
multos et pergrandes animales in prefatus pungens effundit
Et utrumque namque eius gentes varias habitant / que
autem istarum opinionum vera sit non est meum diffinire





Circum ab antiquis fidem amovere non audeam, et modernis de visu testantibus negare non possimus/ Circa vero hoc mare sunt montes Caspios ubi certe Gog et Magog inclusi sunt/ Hoc vero lacus maximus est habens incertum portus et littora et navigia vehit ingentia patiens semper tempestates et maris accidentia reliqua/ propter quod et ob eius magnitudinem mare dicitur. Arethusa in Armenie maioris lacus est relatu dignus de quo hic nihil loquitur ysidorus/ Per eum autem impetuoso impetu Tygris fluminis intrans non aliter quam si contineatur a ripis ulla in parte miscetur lacui/ sed servato a latere in partem oppositam semper cursus impetu egreditur secum trahens. Et ut aquarum testatur diversitas/ Etiam lacus ipsa vice versa flumini adeo libere iter permittit, ut nil ei de proprio misceatur quod quidem patet in piscibus/ quod unum hic genus lacus alit in flumina Tygris/ Ex quibus subsistentibus fluminis receptus est ut dictum/ secundum ea que de aliis locis dicit ysidorus. unum per certum et vere probare non est etc.

4 Quidam fluminum propriis ex causis specialia nomina acceperunt/ ex quibus nonnulli notandi sunt in hystoriis celebres nominantur/ Et de eis prius in descriptione terrarum mentio super habita est. Gyon est autem/ ut patet ex libro Genesis hic fons est in paradiso ortus deliciarum irrigans et in quatuor flumina dividitur/

Est autem PARADISUS secundum ysidorum Iohannem Damascenum Bedam Strabum et magistrum hystoriarum locus amenissimus in partibus orientis longo terre et maris tractu a nostro habitabili segregatus adeo altus ut usque ad lunarem globum attingit/ ubi aque diluvii non pervenerunt/ Non tamen est intelligendum quod secundum veritatem attingat circulum lune sed loquendo yperbolice/. Est altitudo respectu terre inferioris incomparabilis est immaginatione quod attingit ad aerem turbulentum/ ubi finis et terminus est exalacionum

evaporum humidorum, quorum fluxus et progressus lunari
cursui appareat sicut exponit Alexander. Ab illo itaque monte
altissimo cadentes aque maximum faciunt lacum, et in suo casu
tantum faciunt strepitum quod omnes ibi incole nascuntur surdi
quia ex immoderato fragore auditus in parvulis corrumpitur
sicut Basilius testatur. Ex illo autem lacu quasi ex uno fonte
quatuor illa flumina paradisi Phison qui et Ganges, Gyon
qui et Nilus, Tigris quoque et Eufrates procedere creduntur
licet eorum ortus variis in locis manifestius appareat.

Gyon vero fluvius de paradiso exiens atque universam Ethio-
piam cingens vocatus est hoc nomine, quia incremento sue exunda-
tionis terram Egipti irrigat. Ge enim grece terram latine sonat.
Hic apud Egiptios Nilus vocatur propter nilud alias limum
quem trahit qui efficit fecunditatem. Nam circa meloe dicitur
apparet autem in eo latus de quo in meridie versus attingit
Egipto, ubi aquilonis flatibus repercussus aquis retro fluctu-
antibus intumescit, et inundationem Egipti facit. De ortu vero
huius fluvius de paradiso scriptura testis est, quia enim inter
paradisi flumina connumeratur. Sed ubi in nostram habitationem
erumpat a diversis diverse estimatur. Plinius enim dicit Nilum
oriri in parte occidentis iuxta montem Athlantem non procul
a mari. Sed verisimilis est sententia quod in littore incipi-
entis Rubri in Ethiopia oritur sicut affirmat Orosius
libro de ormesta mundi ad Augustinum. Cui Seneca in
libro naturalium similiter concordat. Et ad hoc facit quod paradisus
est in oriente quod verisimile et verisimilius est quod Nilus erum-
pat in oriente melius quam in occidente. Est autem fluvius
Affricanus qui Libiam Egyptio dividit ad immensum lacum
quo finitur sicut dicit Orosius. Nec est unus et idem fluvius
Affrice Nilus, licet complexionis similes et monstra conformia
ut cocodrillos emittat. Dicitur autem lacus affricanus quo
absorbetur iste fluvius Affrice parum distat a Nilo secundum Oro-
sium, et occulto meatu in alveum Nili potest transfundi sicut
alibi plenius videbitur. Decursus vero Nili a prima origine per
Ethiopiam et Egiptum traditur a Plinio et aliis, licet
multum discordat, sed tamen secundum autem Orosium fluit ab Affrice
prima parte ad occasum pluribus, et transit medium Ethiopie.

spargens multas insulas, quarum precipua et nobilissima
dicitur Meroe, que et Sabba dicitur. Deinde flexus ad sep-
tentrionem inter Meroen et Sienem et opprimit plurimis
montibus inclusus inter occursantes scopulos catharac-
tas apparet aperit, ut non plus videatur, sed ruere ubi
nimis fragore auditur, quem [illegible] tollit propter quod ad
loca quietiora se transtulerint ut dicit Seneca libro
de naturalibus. Et hic locus est supra Sienem secundum quosdam
prope Hercheleem. Postea vero Egiptum transvehitur et
in plura ostia divisus, de quibus supra dictum est, tandem
mare subintrat. Nili vero proprietas est secundum Plinium
et ceteros, quod in [illegible] temporibus et plana Egipti
irrigat, et secundum eius aggressiones in altitudine
Egiptiaca fertilitas vel negatur. Nam si fines eius
excedat naturales [illegible] solum propter [illegible] tunc
Egiptus famam sentit, in hoc vero exierit in hoc dubi-
[illegible] asserunt [illegible] sed delicias dubi-
tum tempestate effluat et abusivum delicias [illegible]
indigenis, sed si venerit propter debitum [illegible] ut dicit
Seneca.
Incipit autem crescere ut dicit [illegible] estate nona
post solsticium. Paulatim tunc et modice sole cancrum
transeunte, habundantissime vero in leone et residet
in virgine et [illegible] quibus crevit modis renovatur
inter ripas dum sol est in libra apertio fluvius.
Casus vero huius inundacionis et maxime [illegible] est
est difficilis. Indubitatum est eo quod sit inferiore estatis
tempore aque plus assumitur quam aliis temporibus [illegible]
qua illius fluvius sic inundat secundum [illegible]
in [illegible] de Nilo sed secundum a parte [illegible] est
quod Eufrates secundum Plinium et secundum alios possumus
[illegible] Tigrim quam maior est Eufrate
fama mare Caspium sic testantur qui apud Thar-
taros fuerunt. Asseruerunt tamen circa causas huius inunda-
tionis varie opiniones sicut Thaletis qui fuit unus
de septem sapientibus famosis. Anaxagoras vero et [illegible]

De genere pluviumque piscium quas et corporum voces
plene distincte non est presentis speculationis.

Terra teste scriptura quatuor prodeunt flumina pa
radisi, de quorum quolibet iam dicemus.
Ganges vero est secundus quem Physon scrip
tura nominat. Dictus autem Physon id est caterva
quia multis magnis fluminibus sibi admixtis impletur
et efficitur unum, et vero pluribus ostiis oceanum
ingreditur. Ganges autem vocatur a rege Gangaro Indie
unde exitus de paradiso pergit ad Indie regiones.
Refert autem Nili in modum exaltari et propter tinus erumpere
terram secundum Solinum quidam ex fontibus incertis contendunt
alii nolunt astitiaco motibus exoriri. Cuius minima
latitudo per 8000 passuum, maxima per 2000 patet.
Altitudo vero ubi est vadosissimus mensuram 100 pedum excedat.
Gangaridae autem ibi sunt Indie populus quorum rex
elephantum multorum equitumque ac peditum multa milia
in apparatu belli, sed non sine magno elephantum numero
ut Solinus narrat.
Tigris fluvius Mesopotamie de paradiso exiens et currens
contra orientem Assirios, et post multos circuitus
in mare rubrum influens vocatur autem hoc nomine quia
instar bestie tigridis nimia velocitate percurrit.
Eufrates etiam fluvius est Mesopotamie de paradiso
exoriens copiosissimus gemmis qui per mediam Babiloniam
influit. Dictus autem frugibus vel ubertate nomen accepit.
Nam hebraice Eufrate fertilitas interpretatur, qui per medium
Mesopotamiam in quibusdam locis ita irrigat sicut Nilus
Alexandriam. Salustius autem auctor certissimus asserit Tigrim
et Eufraten uno fonte emanare in Armenia
qui per diversa euntes longius dividuntur spatio
medio relicto multorum milium. Terra vero quae ab
ipsis ambitur Mesopotamia dicitur. Exigno [illegible]

animadv̄tit / aliud de paradisi fluuiis intelligendum Credendum
enim est eos esse a paradiso exortos ut intelligatur
eos inde alia absorpta per ea varijs in locis esse
exortos / Est autem terra que habet duobus fluminibus ambituum
Mesopotamia dicitur / a meson quod est medium et potamos
fluuius quasi inter duos fluuios constituta / Et est prima
et principalis Regio Syrie Et secundum plinium et secundum
eandem Regio sunt mesopotamia et Syria vel assyria
Cuius longitudo est circiter 800 miliaria latitudo vero
300 secundum plinium / In hac autem sunt Niniue et
Babilon / et tota terra Caldeorum / et Babel turris et
Seleucia / et Ktesiphon Ciuitates que distat per duas
dietas ab Eufrate / aqua usque Baldac vsque modo
dicitur sunt circiter 26 diete / que est Ciuitas Regia
in qua Calipha dominus Saracenorum suam sedem pro di
gnitatis constituit /

Indus fluuius est Indie qui rubro mari
accipitur / Hic pluuiis et maximis fluuiis susceptis
quinquaginta facit insulas / Demum in duobus di
uisus alueis inter se longe distantibus aboccano
accipitur qui Indicus est et prouincia India a
fluuio nuncupatur /
Daspis fluuius orientis est cui Daspis Rex Medorum
antiquissimus nomen dedit / de quo bibunt Persis
In Daspis aquis mixtum non sentit ideo sperni / hoc
tunc per fluuius Persarum / Sed cum oriente delatus
habet arenas aureas / et gemmas habet et celebras
facit insulas / Postea quatuor susceptis fluuiis mi
scetur Indo /
Araxis fluuius orientis currens per persiam et assiriam
de quo Dolphius aut Araxim pontem bibet
Bactrus orientis fluuius a Rege Bactro boti fluuiu /
a quo et Bactriam et urbes dedit
Choaspes Persarum fluuius cuius longima sunt dotis copia

nitidam atque dulcedinis est adeo ut Persici reges
quamdiu intra ripas sunt Persidis sibi certa pocula
vendicant / hic ex Media in Tygrim defertur apud
Parthos defertur / de hoc amne quidam Tigrim Sicilie
fluvium derivari existimant /
Araxis amnis Armenie qui ab uno monte cum Eu-
frate diversa parte oritur dictus quod rapacitate cum ita
provenit / nam cum Xerxes eum transgredi voluisset ponte(m)
febricitato tanta vi inundarunt ut pontem diruerent / hic mondauit
intervallis ab Eufratis ortu caput tollit / at demum
Caspium fertur in mare /
Orontes fluvius Sirie iuxta Anthiochie menia decurrit
qui a solis ortu oriens non longe ab urbe ma-
tudit / quem de originis sue loco oriente veteres
lati appellarunt / Cuius fluctus corpore impetum sui
syderibus et zephiris apponere ubi spirantibus Syrus
ipse omnibus momentis refrigerat / porro Iordanis et
Pharphar dicatur /
Hipanis Caucasis montibus fusus in pluribus alveis in
Euxinum se precipitat mare / unum et nuncupatur
Cignus amnis Sicilie / ex tanto monte progrediens
miram aquarum habet suavitatem et quod quantitas tradita
est tegum civi vivit unde hinc fluvio datum est
nomen quod autumpno et estate quo venti solvuntur
tumescit / reliquis autem temporibus tenuis est et quietus
Hilas fluvius est Asie / Pactolus vero fluvius est Lidie qui
aureas arenas trahit / de quo Virgilius Pactolusque
irrigat auro idemque alii Chrysorroan vocant
Hermus fluvius Asie vel secundum quosdam Lidie / alii dicunt Frigia
natum qui Smirneos secat campos / et aureis
arenis plenus / a quo Smirnenca nota est /
Meander amnis flexuosus qui retractibus suis inter
Asiam et Ioniam precipitatur in sinum qui Miletum
dividit et Prienam sic dictus quod nunquam tendat recta unde
divisus / Lyrius ludit meander in undis
Est autem quidam famosus fluvius a quo secundum clima Diabuistenos

municipatum arbitror. De quo tamen ab ysydoro nichil scriptum
sit. alibi tamen ita legimus. Boristenes fluuius est Scitha
zit nomine mouit sibi adiacentibus atque lacui Ebn-
enti. et tamen ceteris Scithiarum fluuijs lucidior fluat. Siluas
habet claram atque potabile labitur pascua leta habet
pisces optimi saporis quibus nulla sunt ossa ex longinquo
plurimum effluit ex incognito fonte per spacium itineris
40 dierum surgitur alueo et tanto est nauigabilis aptus
spacio. et iuxta Boristendam ycirca opidi [illegible] est

Ypanus Cithie fluuius est ex grandi palude procedens
quam incole matrem suorum fluminum vocant. qui
dum equalis nascitur effluit tandem illi miscetur nomine
Exampeus qui eum adeo reddit amarum ut inbibilis videatur.
hic ab Allexandro inpugnatus est. a quo in eius ripis
are posite testantur. ibi animalia quedam paruissima
sunt maiora quam pedes et alas habentia quorum vita
una tantum die terminatur.

Iordanis Iudee fluuius a duobus fontibus nominatur
quorum vnus vocatur Ior alter Dan. hiis ergo a
se paruis distantibus in vnum alueum federatis
Iordanis deinceps appellatur. Nascitur autem
sub Libano monte et diuidit Iudeam et Arabiam
qui per multos circuitus iuxta Ihericho in mare mortuum
influit sicut supra tactum est. De eius autem ortu et
nomine certi manifestato declarat liquido Egesippus in libro
iiij° per experienciam procedens probat quod ibi non sit eius
primus ortus immo a Phiala fonte qui est ex alia parte
Iordanis in Traconitide regione distans ab urbe
Cesarea 120 miliaribus stadijs a quo fonte labitur
aqua subterraneis meatibus et vi cesarea non latet
per terre meatum sed visibiliter aperte primum per terras se per-
fundens incipit Semotoniti lacum paludesque eius
intersecat Inde quod circuitus prior diriget 127 sta-
dijs progreditur usque ad urbem cui Iuliadis nomen est

supra lacum qui Genezar dicitur in medio rumpit fluenta
Cumbus ex locis pluvina evagatus deserta alfacio
suscipitur lacu in mari mortuo atque ibi consumitur. Itaque
duos latus videtur ingressus zo habet. Circa vero
hunc fluminis multe sunt civitates oppida et loca no
tanda. Ibi Jericho ubi civitas sacerdotalis in regionis
orientis Jerusalem prophete que vocatur Anathotus tribus milia
ribus a Jerosolimis. Ibi Samaria civitas metropolis
famosa in terram que nunc Sabaste dicitur. Ibi quoque mons
Carmelus oleis optimus et arbustis ac vinis/

Post hec campus magnus Esdrelon et campus
Mageddo. Deinde ad septentrionem versus Capi a quo super
oriente ab ea septem leucis distans est Nazareth. Deinde
ultimus per duas leucas ad orientem est mons Thabor
supra ad orientem Tiberias civitas iuxta mare Ty
beriadis qui lacus dicitur Cenereth quod antiquitus erat nomen
dicte civitatis. Deinde versus septentrionem desertum inita
ente ubi xpc ex modicis panibus et piscibus multos
pavit. Bethsaida civitas principis apostolorum. Deinde
Capharnaum. Et post Julias oppidum. Deinde Ce
sarea Philippi ad radices montis Libani. Amplius
ab Acon in oriente versus septentrionem magis quam Naza
reth est Chana Galilee distans ab Acon per quinque
leucas. Et inter Chana et Nazareth sunt due leuce

Deinde ab Acon in oriente septentrionali per 9 leucas
est Zapheth civitas Thobie ultra Chana per
quinque leucas per 9 leucam in Dimidia civitas Coroza
thim inter quam et Tyberiadem sunt leuce circiter due
Et in hijs locis Christus multum conversatus est/

Mons vero Libani extenditur a Cesarea ex regione terre
et Sidonis et Baruth et Tripolis per 1010 stadia
sunt et plus et iuxta Tyrum descendit aqua de Libano
publica et currit prope Tyrum ad unam leucam et ibi
erumpit puteum altissimum qui in Canticis dicitur puteus
aquarum viventium / Est iuxta Tripolim fons ortorum
iuxta colles Libani distans a Tripoli per tres leucas


ydon aut distat a collibus Libano p(er) 3 et a monte magno p(er) 7 leucas/

Et hucusque de fluuiis Asie, iam de aliis prosequamur. Thanaitis fluuius est quem Thanaus rex Scitarum primus nomen dedit qui ex Ripheis montibus veniens diuidit Europam ab Asia inter medias duas partes mundi currens atque in Pontum fluens. Hic Meotides paludes tupees adeo ampliat ut quasi mare putetur.

Inachus Achaie amnis agricolas irrigans campos, quem rex Inachus a se nominat qui ex ordine argiue genti dedit po(pulum). Ibi etiam Erimantus fluuius ab Erimanto monte dimissus/

Padus Ytalie fluuius Angle Alpium sinue ex tribus fontibus oritur, ex quibus vni nomen est Padus qui diffusus in modum stagni amne in pergum dirigit a quo et Padus nuncupatur. Hic a Grecis Eridanus dictus est ab Eridano solis filio quem Fetonte dicunt qui fulminis ictu percussus in eo flumine ... extinctus. Augetur autem exortu canis liquefactis niuibus et et cum accepcione 30 fluminum ... in Adriaticum mare defertur.

Tyberis Italie fluuius a Tyberio rege Albanorum appellatus qui in hoc flumine cecidit et de eius nomine dedit. Nam antea Albula antiquum nomen pro crebris niuibus albus fuit. Ipse autem est Tybris qui et Tyberis dicitur in cotidiano sermone.

Tybris in vsu nascitur ex Tuscie Appenino cadit in Tyrrenum mare iuxta mare/

Danubius Germanie fluuius vocari fertur a niuium copia quibus augetur magis. Iste est qui in Europa pre pluribus omnibus habet famam. Idem et Yster qui dum per innumeras vadit gentes mutat et nomen et maiores sibi amnes confluendo colligit vires. Oritur

a Germanie et occidentalibus partibus barbarorum
pergens tamen orientem 60 fluvios in se recipit septem
ostijs in pontum fluit/
Rodanus Gallie ab oppido Rodo cognominatus est quod coloni
Rodiorum condiderunt/ qui Rabido cursu currens Tirrenum in
Egreditur faciens sinum Gallicum non modicum navigantibus
facit periculum dum inter maris fluctus et amnis
fluctus decertat/ Est in alpibus non longe a fontibus
Danubij atque Reni et rapiditate cursu descendens per
Lozane lacum affertur et quibusdam volubilibus fluctibus suis
receptis interim mare impetuosissime diffunditur/
Renus a Rodani vicinitate fertur esse vocatus quod in
una ex una provincia oriuntur. Est autem Germanie fluvius
inter tres Europe maximos fluvios computatus qui
a iugo alpium usque in occeani profunda cursus suos
dirigit/ Romani imperij adversus gentes Germanie termini
imperij/
Hiberus amnis est qui quondam toti Hyspanie
nomen dedit nam Hyberia vocata est/
Minius fluvius Gallecie nomen a colore pigmenti
suscepit quod in eo plurimum invenitur/
Durius fluvius Hyspanie ultimus a duritie sic dictus
est nominatus/
Thagus fluvium Cartago Hyspanie nuncupat ex qua
ortus procedit fluvius aurifere arenis copiosus
et ob hoc ceteris fluvijs Hyspanie prelatus/ Hic autem
ut dicit Ysidorus non de illa que nunc dicitur Hyspania
sed de illa olim sic vocata que nunc vocatur Affrica/
Betis fluvius est qui Betice provincie nomen dedit
de quo Marcialis Betis olifera crinem redimita
corona/
Aurea qui nitidis vellera tingit aquis/ quo et
ibi lane pulcro colore tinguntur/ Betis autem dictus
eo quod humili fundo decurrat/ Beten enim Greci humile
vel imum vocant/ Hic per mediam Hyspaniam decurrit
prope mari proximus ingentem lacum facit/

Sunt autem plura alia nobilia flumina de quorum aliquibus supra memini, sed de hiis que ysidorus scribit ipsa sufficiat.

Postquam de aquis dictum est nunc de ventis qui ex aquis gignuntur dicendum est. Et ideo maxime hiis qui in aquis et precipue in mari degunt ventorum cognicio utilis est. Nam item Vegecius libro 4o de re militari difficile non fugiunt qui ventorum racionem diligenter inspexerint. Ventus autem est aer commotus et exagitatus, vel proprie loquendo est exalacio aerem movens et pro diversis partibus celi nomina diversa sortitur. Dictus autem ventus quia sit valde vehemens et violentus.


Sunt autem quatuor venti principales. Quorum primus ab oriente Subsolanus, a meridie Auster, ab occidente Favonius, a septentrione eiusdem nominis ventus aspirat. Hii autem geminos habent collaterales ventos. Subsolanus a latere dextro Vulturnum habet, a sinistro Eurum. Auster vero a dextris Euroaustrum, a sinistris Austroafricum. Favonius a parte dextra Africum, a leva Corum. Septentrio a dextris Circium, a sinistris habet Aquilonem. Hos 12 ventos aristoteles in libro Metheurorum diversis vocat nominibus. Vehemencius autem grece ac latius vocat nobilis. Sed ysidorus prius nominatorum ac eorum vocabula et proprias voces describuntur. Subsolanus ideo dictus est eo quod sub ortu solis nascatur. Eurus ideo quia ab eo flat, i. ab oriente, est enim coniunctus subsolano. Vulturnus qui alte tonat de quo Lucretius: altitonans Vulturnus et auster fulmine pollens. Auster ab auriendo aquas dictus est unde et crassum aerem facit et nubila. Hic grece nothus appellatur quia interdum corrumpat aerem. Nam pestilencia que ex corrupto aere nascitur auster flans in reliquas regiones transmittit. Sed [illegible]

Auster pestilentiam gignit sed aquilo repellit.
Euroauster dictus est quia ex una parte habet eurum
ex alia austrum. Austroaffricus quia sit mixtus
hinc et inde austro et affrico. Ipse est libonothus
quia sit et lips hinc et inde notus.
Zephirus dictus quia floreat quae nascuntur. Qui greco no-
mine zaphirus dicitur, quia flores et germina eius
flatu vivificantur. Austro autem flores pereunt.
Affricus apud grecos lips vocatur quia inde initium flandi sumat.
Corus est qui ab occidente estivo flat. Sed vocatus quia
ipse ventorum circulum claudat, et quasi corum faciat.
Septentrio dictus quia a circulo septem stellarum surgit quae
septentriones vocantur. Circinus dictus eo quod coro
sit iunctus. Hunc hyspani Gallicum vocant, quia ex ea
parte Gallie flat. Aquilo dictus quia aquas
et nubes dissipat. Est enim gelidus ventus stringat
sicut idem et Boreas vocatus qui ab yperbore-
is montibus flat et ideo frigidus est.
Ex omnibus hiis ventis duo cardinales sunt quia a
cardinibus mundi procedunt, scilicet septentrio et auster.
Et omnium septentrionalium ventorum natura frigida et sicca
est. Australium vero calida et humida.
Ethesie vero dicuntur nomine proprio habita est quia certo
anni tempore flatus eorum incipiunt. Hee autem etesi-
arum ab occasu in Egyptum fuerunt, quibus auster
contrarius est. Sunt autem et alia nomina ventorum.
Aura enim lenis motus aeris dicitur quod aerea agita-
tus enim aer auram facit.
Altanus autem in pelago est per diminutionem ab alto id est a
mari sic vocatus.
Turbo vero est volubilitas ventorum dictus a terra quam
ventus terram intendunt mittit. Sit autem quando fit ex concur-
su ventorum, et maxime contrariorum, et tunc sunt tempe-
states vernali et tempore autumpnali magis fiunt quo-
niam plena est estas, minus plena yemps, quod
exigentibus aeris contrariorum efficiuntur tempestates sicut etiam
dicit Rehetinus. Sed ipsi dicti venti sepe propriis inter



Quo in magnis aut tempestatibus tres flare
solet sicut convenerunt in horum impetu mari
fremitus ut docet quibus mensibus tutius sit navi
gandum. Tempestatum signa sunt cernenda ex
horum prosecutorum relinquere et in huius fine sui
operis huius brevitatis sit pertractum promissa compellit
et ergo de ymaginaria mundi dispositione ma
chine breviter dicta sufficiat. Cuius nos primum
ex mira pictura potentia magnitudine sed etiam ex
multiplici eorum varietate variaque pulchritudine
mirabilibus actorem creatorem ipsum inenarrabilem
esse declarat ut sit iuxta dictum apostoli invi
sibilia dei per visibilia mundi que ab ipso facta
sunt intellecta conspiciant et ad ex rimatione
creaturarum in creatoris admirationem ipsiusque
contemplationem ducant. Cui sit honor et
gloria in secula seculorum Amen


Scribuntur figure ad hoc opus plures que licet in plano sint descripte tamen adhuc describentur in sperico, unde prima presentem figuram spericam ymaginari debent



Hec prima figura spectat ad primum capitulum in quo solum spere ix describuntur secundum opinionem astrologorum nam Aristoteles solum octo posuit.


Hec figura describit p̄mis Capitulis sp̄ar
In ca tamē nō describit^r orizon meridianus
et coluri/ sȝ alia sequens supplet

Polus articus
septentrionalis



Polus Antartitus
Australis

Hec figura deservit sexto Capitulo in quo
ostendit terra proportionalis ad celum et eius
zonas et in ea debet lineari ymaginari circuli



Hec figura est facta pro Capitulo lx in divisione terre per climata et similiter pro quatuor capitul sequentibus

polus australis

Antarticus

Affrica Indie meridianus secundum quosdam protenditur usque ad Tropicum Capricorni

Orientale latus Indie a quibusdam fertur usque prope fine affrice protendi In extremitate Indie ad Eurum est Taprobana insula in qua non videtur septentriones et virgilie Item in ea est pathalis regio in qua nunquam videntur sed habet ascilonares umbras

Tropicus Capricorni

h'plr' equinoctiale p tres [illegible] post habitabilem duas civitates

Equinoctialis

primum clima diameroes
2m clima diasienes
3m clima dyalexandros
4m clima dyarodos
5m clima dyaromes
6m clima dyaboristenes
7m clima dyarifeos


Anteclima usque exilonem

Post climata usque articum


Circulus articus
arphei yparborei

polus Septentrionalis


Het figura continet xiiii° m° et pluribus aliis pro
diuisione terre in tres partes / et particione maris et
ventis patet




Hec figura supplet precedentem / in qua omnes linee debet ymaginari per centro mundi celi circumferentiam secantes / et sunt 3o capitulo / a principio /



Pet figura deseruit qnto ca° in qua celi p[ri]nal
representat orbem lune, infra quam p[oni]t quattuor ele
menta/





Sequens tractatus de concordia theologie et astronomie vigintiloquium potest dici, quia viginti verba utilia continet ut patet in divisione scripti et prologo tractatus. Capitulum primum. Omne verum omni vero consonat. Necesse est veram astronomie scientiam sacre theologie concordare.

Veram astronomie scientiam quamvis olim nonnulli astrologi per varios errores ei admixtos diffamaverunt, et ex hoc in primitiva ecclesia sacris theologis suspectam et quodammodo odiosam reddiderunt.

Prefati errores non solum a veris theologis sed etiam a veris astronomis fuerunt reprobati.

Resecatis erroribus predictis aliisque collateralibus et tunc viris postquam crevit ecclesia et fides catholica firmius fundata est utile visum est theologis astrologiam studiosius indagare. Et inter varias utilitates una est theologicas prophetias astronomica iudicia ipsorum quorundam futurorum eventuum acceptare. passim

De theologicis prophetiis quibus astronomica iudicia prout concordant aptari aliqua expedit exempla particulariter annotari.

De annis ab origine mundi nobis volentibus pertractare distinctionem de varia annorum acceptione expedit premittere.

Premissam annorum varietatem variamque distinctionem oportet ad uniformem et completam annorum solarium quantitatem reducere et in hoc theologicam veritatem et astronomicam concordare.

Ex premissa annorum varietate variaque acceptione non procedit apparens dissonantia seu diversitas in Hebreorum et septuaginta interpretum dictis seu in christianorum hystoriographorum cronicis super computatione annorum a mundi origine.

Ad explicandam dissonantiam opinionum variarum

sm computacionem annorum a mundi origine distinccionem etatum mundi curemus prenotare

Dissonanciam opinionum de annis mundi usque ad Christum expedit recitare

De annis mundi utile est computacionem Ebreorum annotare

De annorum mundi computacione expedit astronomicam consideracionem adaptare

De annorum mundi computacionem volentibus magnarum tempora coniunctionum adaptare opus est coniunctionum doctrinam prius cognoscere

Magnarum coniunctionum sicut hec conveniens est breviter explicare

Magnarum coniunctionum que fuerunt ad diluvium tempore non possumus a priori per posteriori veritatem calculare

Per predictam coniunctionum maiorum calculacionem a priori non possumus annos ab origine mundi certitudinaliter verificare, nec tamen hec opinionum dissonancia concordare

Multum videtur difficile magnarum coniunctionum calculacionem a priori ad annos mundi certitudinaliter applicare

Occasione difficultatis premisse utile videtur de creacione luminarium et eorum primaria disposicione opiniones theologorum et astronomorum discutere

Presupposita communi tam theologorum quam astronomorum opinione quod mundus creatus est in equinoctio vernali sole existente in Ariete, solis cum primam aliorum planetarum disposicionem quam vocant figuram seu faciem celi possumus describere

Supposita premissa figura celi per eam a priori possumus primam coniunctionem maximam consignare, et a posteriori per tabulas astronomicas per aliam coniunctionem plenum invenire. Et consequenter per aliarum singularum coniunctionum calculacionem legittimam verum numerum annorum mundi seclusa opinionum variarum dissonancia certitudinaliter concludere

De concordia theologie et astronomie aliqua scribere in
utraque perito transmisse multis mihi occasionaliter
incidere, in quibus pro se non prorsus potentem
dicebat esse, sed maioris dignitate notatos et
theologus appellatus astronomiam quam theologiam naturalem
vocat, timens non plenius amplari. In quo labor
utilis videtur, si superior theologia inquirendo consuetudinem
et naturalis de inferioribus doctrina competens inquisitionem
validat, astronomie inducens accidentibus ad distantiam
planetarum, magnitudinem corporum, significationes [illegible] corpo-
ribus applicande. Unde se asserebat admirari nos
fideles lxx Ebreorum et septuaginta interpretum, quibus
apparet dissonantibus, tot in lege nova predictas inde-
terminatas reliquisse, ubi inter alia continet numerum quod
ab Adam usque ad Christum annorum millenaria hysto-
riographi varie diffinierunt, ut patet Methodium
de magnitudine mundi aliquam computat. Aliqui 5228 quae
posuisse videntur, Eusebius Cesariensis 6000,
Beda vero mundi numerum 5199, quae dimittas utique in
cronicis descriptionis magnarum coniunctionum in assignandis
scriptis sine veritate supposuisset. Horum igitur occasione
dubiorum aliqua verba brevia explicabo.
Confitebuntur celi mirabilia tua domine. psalmus
Letentur celi et exultet terra etc. psalmus
Benedicite celi domino, benedicite stelle celi domino. Daniel iii
Laudate eum sol et luna, laudate eum omnes stelle et psalmus
Laudate eum celi celorum etc.

Nam secundum philosophum omne verum omni vero consonat,
necesse est verum astronomie scientiam fore theologie
concordare, quippe cum eidem tamquam domine
ancilla ceteris scientiis subserviunt. Unde
Declaratum est, quia teste apostolo invisibilia dei a creatura
mundi per ea que facta sunt conspiciuntur, et sempiterna
quoque eius virtus et divinitas. Sed inter omnes creaturas

visibiles celestia corpora, de quibus astronomia considerat pro magnitudine atque multitudine, necnon motuum et influenciarum mira varietate, variaque virtute in dei cognitionem et admirationem maxime nos inducunt, propter quod dicto aut poeta Celi enarrant gloriam dei, et opera manuum eius annunciabit firmamentum, et ideo astronomia non [illegible] naturalis theologie noticia, et sic propter theologiam ad dei cognitionem principalem fidem inducat, sicut ista tamquam inferior ancilla eius subserviet, ad divine cognitionis introductionem per naturalem viam manum ducat

Circa astronomie scientiam quidam fuerunt nobiles astrologi, per varios errores et adinventiones diffamarunt. Et eam in primo nascentis ecclesie sancti theologi suspectam et dampnatam odiosam reddiderunt, Ideo non mirandum si tunc multi hominibus occupati, huius scientie timores minus amplecti voluerunt,

Inter predictos errores tres sunt notari precipui Primus est eorum qui ex astris omnia futura necessitate fatali eventu censuerunt,
Secundus eorum qui astronomie libris plures superstitiones execrabiles artis magice inseruerunt,
Tertius eorum qui timores astronomie potestatis superatum liberi arbitrii et quamvis eorum que sola subsunt divine atque principali potestati subiecte atque superstitiose extenderunt,

Predicti errores non sola a sanctis theologis sed etiam a veris astronomis fuerunt reprobati Contra primum errorem Augustinus de Civitate dei destruens fatum secundum existimationem illorum qui vocant fatum vim positionis siderum et constellacionum, secundum quam omnia in hiis inferioribus necessario eveniunt, sic diffinit quod fatum nichil est sicut Boecius

ipse et alii doctores theologi sufficienter probaverunt
cum quibus non discordat peritissimus astronomorum pto
lomeus qui ait quod vir sapiens dominabitur astris
Concordant igitur theologia et astronomia, et astrorum constellatio
varia in inferioribus ad varios effectus, et in hominibus
ad varios motus disponit et inclinat, non quidem
dispositione semper necessaria et sufficiente, sed remota et
contingente. Unde illos mathematicos qui de nativitatibus
de necessitatibus hominum actus facta intelligunt reprehendit Gregorius
quia cum ipsi dicunt quod si quis sub aquario nascitur
piscatoris ministerium sortietur, tamen aliquis alicubi sub hoc
signo nasci contingeret ubi piscator omnino non esset.
Cum etiam dicunt quod qui sub signo librae nascuntur
trapezete futuri sunt. In multis locis tamen sub li
bra multi nascuntur, ubi trapezete penitus ignorantur.
Cumque igitur astrorum dicta secundum inclinationem sunt intelli
genda, et dispositionem contingentem non secundum absolutam
necessitatem.

Cum secundum errorem multi periti astronomi a suis libris
magicam tamquam artem execrabilem et abhominabilem
excluserunt, sicut se facturum Leupoldus in sui operis
exordio protestatur, unde albertus magnus perutilem etiam
tractatum edidit, in quo vere astronomie et artis magi
ce libros per eorum principia et fines distinxit, ut astro
nomica veritate et magica vanitate ab invicem separaret.

Contra tamen errorem tractatulum composui quem de legibus
et sectis intitulavi contra superstitiosos astronomos
qui legibus astrorum etiam legem divinam subesse con
tendunt. Cui pro complemento hoc opusculum superaddo.
Deinde autem errorem plurimum attendere videntur qui
contrariam dictam prophetiarum divinarum, que ad superiorem
theologiam pertinet, astronomicis ingeniis validare
magnarum coniunctionum significationes et alia quemadmodum medi
cina astronomica eis applicando conantur. Cum igitur

Sicut prophetie divine plurimum sunt de hiis futuris que viam
nature et naturalis racionis investigacionem excedunt sicut pro
phetia quod cristus nasciturus erat de virgine quod
futurus erat homo quod iudicaturus erat vivos et
mortuos et sic de pluribus/
De aliis autem que non excedunt viam nature fortassis
non esset inutile theologum cum astronomia concordare
supernaturalem inspiracionem per naturalem investigacionem confir
mando prout aliquando legi in prenarrato tractatu
secundum quod scriptura latius declarabit/

Sectis erroribus prenotatis aliisque collateralibus
et connexis per quorum tenuit ecclesia et fides
catholica firmius fundata est/ utile videtur
theologos astrologiam studiosius indagare
et inde varias utilitates/ una est quod theologus prophetiis
astronomica indicia opportune quorundam futurorum eventuum
coaptare Cuius racio quia circa eventuum futurorum genera
expedit distinguere Nam quedam sunt futura que habent
causam determinatam et infallibilem ut sunt aliqua
que attenduntur circa motum celestium corporum/ in quibus
est determinacio et omnis impedimenti remocio sicut coniunctiones
planetarum et eclipses et similia/ Et de hiis non est
theologica prophetia/ sed certa et evidens previa astronomica
Quedam vero sunt que habent causam determinatam et fal
libilem/ sicut ea que fiunt secundum inferiorem naturam/ que
non habent causam determinatam/ quia motus nature movet
determinate ad unum/ et non fallibilem/ quia multiplex habet
pati contingere impedimentum/ ut si ager sit bene
seminatus et terra bona et bene disposita/ et propter
disposicionem celestium corporum afferret bonum fructum/ Et
ista sunt astronomice quo aliquo modo scire/ sed non tamen
ita certitudinaliter sunt predicta/
Unde si de singulis futuris eventibus esset aliqua divina
prophetia eis quodammodo adaptari possunt astronomica indi

creaturarum coniecture, sicut exemplum possit poni de prophetia Ioseph super futura sterilitate. Alia vero sunt que habent veritatem indeterminatam et fallibilem, sicut sunt ea que procedunt libere a voluntate humana, que indeterminata est quia est ad opposita, et est fallibilis quia etiam ei volenti aliquid efficere multa occurrere possunt posset impedimenta, et in talibus non potest certitudinaliter sciri astronomia seu alia scientia humana sed per revelationem divinam. Unde si de talibus sunt alique theologice prophetie non possunt eis aptari iudicia astronomica aliquo certitudinaliter, sed quomodolibet ex illa coniectura inquantum ut etiam est constellatio aliqua disponit et inclinat humanam voluntatem, cui maxime obediunt homines bestiales qui malis inclinationibus non resistunt per virtutes.

Predictis autem talibus quibus futurorum eventuum qui fiunt preter cursum nature, sicut ad conceptum generis eorum que eveniunt miraculose a sola divina potestate, que licet habeat veritatem determinatam et infallibilem videlicet divinam voluntatem, tamen quia ipsa est nobis penitus ignota, nisi per divinam revelationem in prophetiis que sunt de talibus futuris astronomicas considerationes adaptare est vero vane superstitionis et presumptuose vanitatis cum talia excedat vim nature et naturalis creationis.

De theologicis prophetiis quibus astronomica iudicia possunt convenienter adaptari aliqua superius particulariter annotavi et puto modo sufficiat exemplificari unum de veteri, aliud de novo testamento, primum de generali diluvii prognosticatione, secundum de nativitatis Christi figuratione. De primo igitur licet aliquid tetigi in precedenti tractatu de legibus et sectis contra Guillelmum Parisiensem libro de universo, qui intitulatur de cataractis celi de quibus scripsit Moyses loquens de diluvio tempore quod per eas intellexit propheta illas partes celi que sunt generative pluviarum et inundationis aquarum quales sunt signa aquatica ut Cancer et

Pleyades orion

Visites sibi pleyades et Orion de planetis vero
Mars venus et luna. Vnde concludit quod [illegible]
tunc apte intelligunt. Cum cause huius ad istas
operationes plurimarum virtutum creaturis largate sunt et etiam
confortate. Et licet Noe illud diluuium prognosticabat per re
uelacionem [illegible], tamen probabile videtur quod aliqua constel
lacio astronomica illum effectum prognosticauerit, et ipsius
aliqualiter partialis causa fuit, ad quod etiam conuenire
potuit aliqua coniunctio magna maior vel maxima
que huius diluuium antecessit, ut infra probabitur, ut
magis apparet probabile quod aliqua constellacio illud
futurum diluuium prenosticauerit, quia quod arcus celestis
signum sit contra diluuium non esse venturum sicut in
Genesi scribitur. Arcum meum ponam in nubibus
celi et erit signum federis inter me et terram. Cumque
obduxero nubibus celum apparebit arcus meus in
nubibus et recordabor federis mei quod pepigi
vobiscum, quod non erit ultra aque diluuii ultra
ad vniuersam carnem. Vbi dicit magister historiarum
quod Noe maxime timebat ne aque diluuii iterum
sic terram inundarent, cottidie orabat ne sic fieret.
Et ut Josephus refert, pepigit fedus dominus quod
ultra non fiet diluuium. Et in signum huius posuit
arcum suum in nubibus. Et est signum duorum iudiciorum,
scilicet per aquam preteriti ne timeatur. Et futuri per ignem
ne expectetur. Vnde est quod duos habet colores, ceruleum
ceruleum qui aqueus est, et est exterior quia preterijt
aqua, et rubeum qui igneus est, et est interior
quia futurus est ignis. Et inde perhibent. Et tradunt
sancti quod xl annis ante diluuium arcus non videbitur
arcus, quod etiam naturaliter ostendit dispositionem aeris iam
inceptam. Ex quo tamen patet quod sicut habet naturale signum
poterit prognosticare diluuium ignis, ita celestis constellacio

naturale potuit aque diluuium presignare. quod autem dictum
est de arcu reputatum fecit exclusione diluuij, intelligendum
est de diluuio generali quod notat verba scripture non erunt amplius
vltra aque diluuij ad delendam vniuersam terrenam
nam per ea plures factum est diluuium particulare ut alibi
in Thymeo platonis et alibi, de quo ysidorus xiij°
Ethimologiarum in fine. premissis vero dictis theologice pro
concernentibus applicari iam conclusio propositionis que dicit
vridem catholicissimum excludere, sed applicacionem dimitto
ne in presenti ex propositis plurimum existam. De secundo

De secundo autem ergo aliquando tetigi in preallegato
tractatu, sed adhuc sine temeritate asserere, sed in superiori
secunda dicto quod benedicta Christi incarnacio et natiuitas
licet in multis fuerit miraculosa et supernaturalis, tamen
etiam quo ad multa tempore opere diuino concurrens et
naturaliter nam tamquam formula deo suo et creatori
possibiliter domine omnipotente cooperari potuit. Et in
hijs per celorum et astrorum virtute concurrere cum virtute naturali
Virginis Marie matris eius, et ideo videtur inconueniens
naturali consonum ut vane legi dissonum in hijs practi
astronomie veritatem theologicam concordare, quia in re
expediens esse credimus considerare illam coniunccionem maiorem
et fere maximam que fuit 2x° anno Augusti
Cezaris quam dixerunt astronomi significare super legem
Christianam futuram, et euoluere motus Saturni et Jouis
ad tempus illud et inuenimus quod eos fuisse per medios
cursus suos ante natiuitatem Christi per 6 annos et quinque
dies et tres horas. Et fuit illa coniunccio in Thauro
et si fuisset propinquior capiti arietis fuisset ma-
xima ut dixerunt periti astronomi, sicut in dicto tractatu
plenius notatum est.

Deinde attendere oportet signum natiuitatis Christi, que post
dictos sex annos fuit videlicet 2x° anno dicti
Augusti Cezaris, die tercia 26 mensis

Decembris mo (?) ... hoc est in sed anno Cicli decemnovenalis et in 3o anno Cicli Solaris secundum computistas quod bene scitum est non expunita vel vlacoe (?) sed ex tabularum temporibus computari in auream numerum resoluendo. Hora vero dicte sancte Natiuitatis Cristi fuit ita mediam noctis secundum ipsi... Cuius precisa verificatio patet primi ex media coniunctione solis et lune in marcio precedente 3 die completa ad meridiem Ierusalem vbi puer natus est nobis ut patet per tablas de medijs conmotionibus ordinatas per quas concordant astronomi antiquorum experientias et modernas. Vnde ex predictis videtur esse concludendum quod illo hora natiuitatis ascendente erat 3o gradus libre. Cuius figuram plenius describere peritus astronomis relinquo.

In premissis autem hoc modo notatis completum est quod qualiscumque inventa fuerit huius sancte Natiuitati Ihesu Christi figura de sapia (?) humanitati (?) Christi ypostatice vnita bonitate constellationis augere potuit in melius, premissis suppositum in malum penitus suspendere maxime quia stelle et planete sicut natura bonum fuit ita quantum in eis est bona intendunt et efficiunt, ut ad malum inclinat de per se sed solum de per accidens per ineptitudinem et inhabilitatem suscipientis, sicut in dicto tractatu plenius expressum est. Ex hijs ergo que dicuntur ita dicentur (?) premissa satis innotescit que compromisit possent ita plura que in lege Ebrea et in lege Romana recitantur. De omnibus etiam preprædictis satis patet responsio ad primum dubium principale in principio huius operis propositum et ex dictis deriuatis patebit modo ad 2m.

De annis ab origine mundi nobis volentibus pertractare, distinctionem de varia anni acceptione expedit premittere nam secundum Ysidorum v°. ethimologiarum triplex distinguitur annus, est enim

Annus lunaris 30 dierum. Alius spiritualis sive sola-
ris secundum complementum mensium. Alius magnus ubi pla-
nete in eundem locum revertuntur quod fit per annos spi-
rituales plurimos, et de isto anno magno dixi in
tractatu de legibus et sectis, quia de ipso non est lo-
quendum presentis propositi. De anno vero lunari licet quidam primates
pro una lunatione, que est per 29 dierum et dimidio minus
diei cum aliquibus minutiis fractionibus sicut dixi in tra-
ctatu de correctione calendarii, et communiter capitur annus lunaris
pro 12 lunationibus que vocantur menses lunares. Er-
go annus lunaris minor est anno solari 11 diebus, ex
quibus excrescentibus pluries replicatis colligitur una
lunatio, et constituitur annus lunaris embolismalis continens 13
lunationes. Ebrei vero et Arabes utuntur
anno lunari duodecim mensium licet dimisso ordinent suos
menses et varia dominant per alias fractiones sicut notum
in tractatu de vero ciclo lunari secundum Arabes.

De anno autem solari varie fuit opiniones de quibus ut ad
concordiam deducatur sciendum est, quod sicut de ratione
anni primus fuit ad Ebreos, Caldeos et Grecos
et augustinum plene transiret ad Latinos. Romulus primus
urbis Rome fundator 10 menses in anno constituit in-
cipiens a martio, teste Ovidio libro de Fastis.
Tempora digereret cum conditor urbis, in anno
Constituit menses bisquinos esse suos. Cuius rationem assig-
nat quod satis est utero matris dum prodeat infans,
hoc anno statuit tempus esse satis. Aliam quoque rationem
assignat Ovidius et de nominibus mensium diffinit per
quibus non insisto quia sunt extra propositum. Postea vero Nu-
ma Pompilius qui successit Romulo huius anni pro-
rector 10 mensibus duos addidit, videlicet Januarium et
Februarium, unde ibidem dicit Ovidius: At Numa nec Janum
nec avitas preterit umbras, mensibus antiquis imponitur

De mensium constitucione solaris anni [illegible] [illegible] [illegible]

duos. Anno quoque Romuli constabat ex 300 diebus
et quibusdam mensis ex 30 diebus / Annus vero Nume
ex 372 diebus / Sed Julius Cezar in astronomia e-
doctus sicut notat Lucanus cum quibusdam astronomis
in Egipto, qui de quantitate anni solaris disputavit
et ordinem kalendarii sicut pro tempore fieri potuit sta-
bilivit, quia vidit solem non facere cursum suum in
anno Nume eius addixit 11 dies, et constituit
annum ex 365 diebus integris, quibus adiungitur
6 hore que in quarto anno diem faciunt bisextilem
hanc autem quantitatem diem constare ex 6 horis non ponunt
astronomi esse integraliter sed minorem de quota parte unius
hore et modico plus ut declaravi et declarabo in
primo dicti tractatus de legibus et sectis / ubi satis ostendi
quod predicta quantitas anni nostri est fortificata / Et dicunt
periti astronomi quod numquam est precise equalis sed modica
differentia que quantum ad presens propositum parvipendo licet
De inicio vero anni solaris / sciendum est quod secundum Numa
sed potius Romani annum suum inceperunt a solsticio
hyemali quod tunc fuit in primo Januarii quia tunc
sol incipit ascendere / Romuli autem et Ebrei incipiunt
annum ab equinoctio vernali usque in Marcio quia in eo
mundus dicitur fuisse factus / Arabes vero incipiunt
in solsticio estivali quia dicunt quod sol sit factus in
illo mense / Egiptii vero incipiunt ab equinoctio autump-
nali scilicet a Septembri mense auctoritatem Genesis pertinet
herbam virentem et fructum facientem iuxta genus
suum. In autumpno autem est tempus fructuosum, ideo in
eo esse debent anni principium. Sed non obstantibus
premissis de anni quantitate et eius inicio multe
nationes longe aliter utuntur anno. Ut Augustinus XVI
de civitate dei narrat quod apud plerosque scriptores
hystoriarum reperitur Egiptios habuisse annum quatuor

mensium, Acarnanas sex mensium, Labinios 13 mensium.
Et subdit quod plurimi scribunt cum commemorasset relatum
fuisse in libris aliquem vixisse 172 annos, alios 10
alios 200 annorum implesse vitam, alios 300, nonnullos
ad 800 etiam pervenisse, haec omnia in scientia temporum ac
cidisse arbitratus est. Alii enim inquit estate
determinabant annum, et alteri hieme, alii quadripertitis temporibus
sicut Arcades quorum anni trimestres fuerunt. Adiecit
etiam aliquando Egyptios quorum parvos annos quaternorum
mensium fuisse superius diximus lune fine limitasse annum.
Itaque apud eos inquit et singula milia annorum produntur.
Probat etiam parvitatem annorum littera Solinus in primo libro suo
de mirabilibus mundi sicut allegavi in titulo de ymagine mundi
in tractatu de insula Trapebana ubi probat annorum parvi
tatem in ipsis sed quia ... dicere solum hystoricam narrationem
non nostre fidei regule de mundi duratione.
Nempe vir doctus Augustinus ibidem refutat et reprobat quorundam
opinionem qui primeve etatis homines tot annis vixisse
credunt sicut sacra scriptura commemorat. Et ad hoc probandum
putant aliter annos illis temporibus computatos in tantum brevis
ut unus annus noster decem illorum habuisse credatur. Et magis proprie
ingerentes cum audiunt quemquam vel legunt nongentos
annos quemquam vixisse debere intelligere nonaginta. Ille
ergo annus noster qualis decem faciunt unum nostrum 36
dies habere dicunt. Reprobasset itaque patet quod diversa et
adversa fuit de quantitate anni opinio.

Remissam autem varietatem variaque disputationem opus
ad uniformem et completam anni solaris quantitatem
reducere, et in ea theologicam et astronomicam ve
ritatem concordare nam cum motus solis sit nobis mensura
et mensura aliorum motuum celestium, notum est quod complementum
temporum anni ad varias gentium nationes, quod eorum

anni reducatur ad mensuram anni solaris completi et perfecti
in circuitu solis ab equinoctio in idem equinoctium vel ab
uno solsticio in idem solsticium Et idem Augustinus in preallegato libro xv° de civitate dei contra prudentes eorum
de prolixitate annorum prime etatis ita concludit proinde
removetur hic error qui conatur sic ita velle asserere
scripturarum veracem fidem ut alibi destruat Et subdit rursus
Et tantus iam tunc dies fuit quantus et nunc est quem 24 hore
diurno circulo nocturnoque determinant tantus mensis quantus
et nunc est qui in luna cepta et finita concludit Et hunc
mensem lunarem ponit Augustinus 30 dierum Unde videtur quod
computatio sacre scripture non per menses solares Latinorum sed
per menses lunares Ebreorum secundum magistrum Cui eciam concordat
computacio astronomicarum tabularum Postea magister ad propositum subiungit tantus fuit tunc annus quantus et nunc est quem
tamen menses lunares additis prope annum solarem 7 diebus et quadrante
i. quarta parte diei consumunt Et huic veritati theologice concordat antiquorum astronomorum tradicio Nam predictam anni
solaris quantitatem docuit Abrachis qui fuit sapientissimus astronomus Ebreorum Concordat eciam canones tabularum Azarchelis et alfonsi qui docent annos Persarum Ebreorum et Arabum ad predictam anni quantitatem reducere Et si annus nunc ad hoc
esset rectificatus qui non plene illam quartam partem diei continet
ut dictum est precisior fieret computacio subtractis subtrahendis et
additis addendis Sed insuper non est hic pretermittendum quod astronomia
predicte theologice veritati concordat de longevitate antiquorum Nam
ut docet Alkabitius Astronomi posuerunt varios annos firdarias planetarum qui habent respectum ad longevitatem nati videlicet maximos maiores et minores Exempli gracia Maximi firdarii Saturni sunt 465 Jovis 427 Martis 284 Veneris
1151 Mercurii 480 Solis 1461 et lune 520

Ad istos autem annos nullus pervenit tempore nostro tum frustra et sine
fundamento eos posuissent Astronomi nisi ad eos quoque aliqui
pervenissent In quo tamen mirandum videtur quod tot anni attribuuntur soli cum
libro predicto dicat Augustinus quod cum plures 900 annos transierint
nemo tamen ad 1000 pervenit Sed esse potuit quod aliqui pervenerint
quos sacra scriptura minime commemorat Ut idem Augustinus ibidem ait Non
omnes homines qui tunc esse potuerunt scripture sacre huius

historiam necesse fuisse nominare sed eos solos quos operis
suscepti non postulabat videlicet eos a quibus per successiones certarum
generationum ex uno homine propagatarum perveniret ad Abraham atque
deinde ex eius semine ad populum dei et ad civitatem eius ipsius
qui reges ac conditores eorum. Jam vero illud quod propositum est de
annis videamus. Anni quo maiores Saturni sunt 57
Jovis 79 Martis 61 Solis 120 Veneris 82 Mercurii
76 Lune 108. Anni vero medii Saturni sunt 42 cum di-
midio Jovis 47 cum dimidio Martis 40 cum dimidio
Solis 69 cum dimidio Veneris 46 Mercurii 48 Lune
18 cum dimidio vel 2m quosdam 39 cum dimidio. Anni autem
minores Saturni sunt 30 Jovis 12 Martis xv Solis nove
Veneris octo Mercurii xx Lune 27. De his quo annis fi-
dant dicunt astronomi quod si minores aliquis transierit ad me-
dios pervenire poterit. Et medios transierit aliquis licet pauci
ad maiores annos perveniunt sed postea declinat. Que sua
astronomia theologice veritati concordat quia loco allegato
15o Aug. ita concludit Tam magnos igitur annos vixe-
runt illi antiqui usque amplius quam 900. quantos post vixit
abraham 170. et postea eius filius eius Isaac 180 et filius
eius Jacob prope 150. et nunc vivunt homines 80 vel 90
vel non multo magis amplius. De quibus dictum est amplius
eius labor et dolor. Ad confirmationem autem sacre histo-
rie de longevitate antiquorum ibidem allegat Aug. de
sermonia de magnitudine corporis que longe ampliora
tunc fuerunt quam nunc sint. Ubi inducit virgilium autem
qua significant maiora tunc corpora producere solere tunc
tellurem. Inducit etiam experientiam de ossibus gigantum
quorum inmensitatem plurimorum aliorum expresserunt sicut ipse se vidisse
se testatur. Inducit postea dominum dicentem Quanto magis magis
quod preteriti seculi cursus maiora corpora natura ferre quod
etiam virgilium poetam notasse commemorat. Postea subdit
quod dicit etiam plinius esse adhuc gente ubi ducentos an-
nos vivunt. Unde concludit Si humanarum quo vitarum
diuturnitates quas experti non sumus hodie hic esse
incognita nobis loca tunc non fuisse etiam credant

capitulum An vero credibile est alicubi esse quod tamen non est
et incredibile est aliquando fuisse quod nunc non est, sed de hiis
ista sufficiant ut id quod propositum est capiatur

Supposita autem valente variaque acceptione non
procedit apparens dissonantia seu contrarietas
in Hebreorum et septuaginta interpretum supputacione
seu in variorum hystoriographorum cronicis supputantium
computacione annorum ab origine mundi. Hec manifeste patet ex
premissis, quia licet Hebrei utantur annis lunaribus et Latini so
laribus, tamen lunares anni ad solares reducuntur ut dictum
est, ut illorum annorum diversitas possit illam antiquorum disso
nantiam que in annorum computacione notatur efficere solidis et
[illegible] interserta cum diligenti consideratione clarius apparebit.
De dissonantia vero Hebreorum et lxx interpretum dicendum tamen
est non intendo pro presenti, sed solum recitari in verbo
Augustini qui libro xv° ita concludit: Illa itaque numerorum
varietas que inter codices Hebreorum invenitur et nostros neque
de hac antiquorum longevitate dissentit, et si quid quoque ita
diversum ut verum est utrumque non possit, rerum gestarum
fides ad illam linguam repetenda est, ex qua interpretatum est
quod habemus. Que facultas cum volentibus presto sit, notum valeat
quod septuaginta interpretes in plurimis que diversa dicere videntur
ex Hebreis codicibus emendare ausus est nemo. Non enim est
illa diversitas putata mendositas, nunc ergo illo modo
putanda existimo, sed ubi non scriptoris error, ad eas
divino spiritu ubi sensus esset consentaneus veritati non
interpretantium munere sed prophetantium libertate aliud dicere vo
luisse credendum est. De dissonantia ergo que inter varios
variorum scriptores reperitur de tempore post diluvium [illegible]

Ad explicandam dissonantiam opinionum variarum
in computacione annorum a mundi origine distinctam
etatum mundi oportet premittere. De hiis autem in
in pluribus locis tractat Augustinus ut in libro quarto

de doctrina xpiana. in li° octoginta questionum in li° de ca
thezizandis rudibus et ppaut in fine. et per lib' de
Ciuitate dei. hac etates pro diebus in mane creationis
adaptatas distinguit ut pa etas tamquam dies primus
sit ab adam usque ad diluuium. Scda inde usque ad abraham
non equalitate tpis sed numero generationum denas quippe habere
reperit. Sed ut sit mathei ewangelista determinat tres
etates generationum usque ad xpi subsequuntur aduentum. que singule
denis et quaterdenis generationibus explicantur. ab abraham
usque ad dauid una. altera a dauid usque ad transmi
grationem babilonis. tercia inde usque ad xpi carnalem nati
uitatem. sunt igitur omnes quinque. sexta nunc agitur nullo gene
rationum numero metienda. ppter quod dictum est non est vestrum
nosse tpa vel momenta que pater posuit in sua potestate
Ibidem igitur in die septima requiescet deus i. nos i.
se ipso faciet quiescere. etc. Et septima erit sabbatum nostrum
cuius finis non erit vespera. De sex pdictis etatibus
tractauerunt ysidorus in°. ethim. Et magister in hystoria sco
lastica. et fere omnes catholici doctores septuaginta
quorum plures etiam annos computatos annotauerunt. De
quibus inter eos varia fuit opinionum varietas. Et
prima pi annorum primatores fuerunt septuaginta interpretes
Deinde Josephus Eusebius Jeronimus propter orosius
Beda ysidorus. in quorum opinione sequitur dicitur
ad. go a mundi primo usque ad diluuium secundum magistrum
hystoriarum 2242 annos posuerunt. ipse vero metho
dius 2000 qui tamen particulares summa dispposuit
nec apponit annos si pp sint. Et in vel tercium
de numero annorum posuit Jeronimus aut non plene posuit
2000 Sed Josephus secundum aliquos posuit 2076
secundum tamen aliquos hec littera videtur corrupta iuxta illos
versus Ante tempus aque sic ab adam Josepho
teste fuerunt anni preteriti milia pone duo Oro
sius vero cum ycidat Beda posuit i prima ab adam

Vsque ad Ninum Regem sub quo natus est Abraham
3184 annos. Eusebius autem in prefacione Cronice sue
quam Ieronimus de Greco transtulit in latinum ita scribit: Cum
diuinam scripturam ita diligenter voluerem a Natiuitate Abra
ham vsque ad tocius orbis diluuium inueni retrorsum annos 942.
Item a diluuio vsque ad Adam 2242. In quibus nulla pe
nitus nec Greca nec Ebrea et nec Latina in hiis nulla
inuenitur certa hystoria. Ex quo patet quod Eusebius concordat
de annis prime etatis cum septuaginta interpretibus nisi solum
de annis duobus quos vltra posuit magister hystoriarum
vt patet supra quod forte errore scriptoris factum est. Patet
insuper quod cum Eusebio concordat eciam Orosius. Vn
de recipiendum est quod ipsi primam computacionem a 70 interpretibus accepe
runt. Ieronimus vero ab Ebrea veritate. Vnde cum Josepho
Ebreus fuerit mirum videtur quod computacionem Ieronimi
et omnium aliorum cum habundanti asserit. Ex quibus premissis
patet quod et manifestum est quod in computacione annorum prime
etatis sunt apud scriptores dissonancia. De aliis autem
etatibus non tanta. Et ideo hic de ea breuiter cum pluribus
concordantibus comparari computacionem veritatis ipse namque ab Adam
vsque ad Abraham archam(?) certificatam computat annos
2242. In quo concordat cum 70. Item in genere
primam et secundam etatem ab Adam vsque ad Abraham numerat
annos 3284. In quo concordat cum Eusebio et cum
Orosio. Item ab Adam vsque ad Dauid tres etates
comprehendens computat 4224. Item quatuor etates vsque
ad transmigracionem Babilonis 4679. Item vsque ad Christum in
quo est finis quinte et principium sexte etatis 7210. Et
hec de mundi etatibus sufficiant.

De quibus illud finaliter notandum est quod Eusebius in prologo
sue Cronice scripsit expresse videlicet eciam in Ebreis
codicibus dissonancie etatum annos inueniri plures
vel minus prout interpretibus visum est letitari(?) semper
quod in potius quam exemplarium multitudo traxit.

supputacionem quorundam de annis mundi usque ad xpm
expedit recitare / nam ut in predicto dubio pre-
sentem est narrat historiarum seu cronicarum
scriptores eos varie descripserunt / Et inter
primos attendat illius famosus Eusebius Cesariensis episcopus
cum libris suis impossibile sit multa quorum posuisse nomen est
ita quod ex libris manifeste patet quia ab Abraham et regno Nini
a quo primam Cronicam inchoavit procedit per decadas
annos 1200 numerat usque ad Jonathan regem deinde ponit
periodos usque ad xpm qui secundum eum 42 anno imperii Augusti
natus est / et 17° anno Tiberii predicare visus est usque ad
istud tempus annos colligens ita concludit / Computantur igitur
principem annum id est xv Cesaris Tiberii / a secundo anno instau-
racionis templi que facta est a Dario Persarum rege anni
548 a Salomone autem et prima edificacione templi anni 1060
a Moyse et egressu Israel de Egypto anni 1539 ab Abra-
ham et regno Nini anni 2044 a diluvio anni 2986
ab Adam anni 5228 ex quibus liquet intentum / Eo
porro unum valde notandum occurrit quod hic inserere dignum
duxi **Jesus Cristus** iuxta morte propriam passus est
anno Tiberii xviii° quo tempore eciam in aliorum ethnicorum
commentariis hec ad verbum scripta reperimus Solis facta defectio
Bithinia terre motu concussa et in urbe Nicea edes plu-
rime corruerunt que cuncta hiis congruunt que in passione
acciderunt Scribit enim super hiis Flegon qui olimpiadum
egregius supputator est in 13° et 14° in dicto libro ita
inquit Olimpiade 202 magna et excellens inter omnes
que ante eam acciderant defectio solis facta diei hora sexta
ita in tenebrosam noctem versus ut stelle in celo visa sunt
terre motus in Bithinia Nicene urbis edes subvertit
hec supradictus vir Argumentum huius rei quod salvator isto
anno passus sit Evangelica prebent que ait post xv annum Tiberii
Cezaris tribus annis Dominum predicasse

Josephus autem vernaculus iudeorum scriptor circa hec tempora
die penthecostes sacerdotes primum locutos tumorem et quasi
comitum sensisse testatur, deinde ex adito templi repente magnam
subito erupisse vocem dicentium transmigremus ex hiis
sedibus, scribit enim vir supradictus quod eos anno pilatus
preses secreto noctis ymagines cezaris posuerit et
statuerit, et hec prima turbationis et sedicionis iudeorum
causa extitit. hec Eusebius 202 olimpiade signat.
Sed ut ad id quod propositum est redeamus ex premissis patet
quod predicta computatio annorum usque ad tempus predictum
christi satis concordat cum orosii computacione usque ad
tempus sue nativitatis. Nam ipse ad augustinum scribens
ita dicit quod a primo homine usque ad ninum magnum ut
dicunt regem qui natus est abraham fluxerunt anni
3184 qui ab omnibus historiographis vel obmissi vel
ignorati sunt. A nino autem et abraham usque ad
cezarem augustum id est usque ad nativitatem christi que fuit
anno imperii Cezaris 42 cum bella toto orbe repressa
sunt, colliguntur anni 2017 et sic fuit anni 5199
ab adam usque ad christum secundum orosium. Cui concordat
beda ultra quinque milia ducentos ponit annos minus
uno. fuerunt tamen qui ultra 200 posuerunt 23 alii 28
Isidorus vero qui mediator inter istos ponit sic supputacionem
sit ab adam usque ad christum 5210. Et ne computacionum
aliorum ignorare videar ibidem scribit. [illegible] ab initio
mundi usque ad nativitatem christi secundum libram orosii 5199
vel secundum alios 5238 vel 5228. Ex quibus patet
quod tota dissonancia inter predictos catholicos scriptores
de annis dei ab adam usque ad christum est decem vel
30 annis vel circiter quam videtur faciliter concordari
per unum modum quem tangit magister historiarum in fine libri
regum ad determinandum contrarietates que emergunt de
collacione regum iude et regum israel videlicet quod aliqui
contrarietates et alie possunt determinari per modum istum.
Hec est quod illi plurimos annos imitant ponunt pre

pro toto poneret quibus annorum incompletus pro annis
perfectis et completis. Cuius signum est quod omittuntur a no-
tis fracciones sicut dies menses quartas et tercias ac medietates
annorum ubi autem esset tanta annorum differentia quod per hunc vel ali-
um racionabilem modum non possent racionabiliter concordari sic
id aut hoc vicio scriptorum credendum est accidisse qui in presentis
nominibus et numeris sepe falluntur. Et id docuit Augustinus 15o de
civitate dei. Illa inquit diversitas numerorum aliter se habentium in codi-
cibus grecis et latinis aliter in ebreis scriptoribus tribuatur error
et postea subdit. quando tamen diversum aliquid in utrisque codicibus
invenitur quando quidem ad fidem rerum gestarum utrumque esse non potest
verum ei lingue potius credatur Unde in aliam per interpretes
facta est translacio. Hec igitur de latinis annorum scriptoribus
dicta sufficiant etc.

De annis mundi utile est computacionem Ebraicam
enotare hanc computacionem prosequitur diffuse Vi-
cencius in speculo historiali. Cuius dicta breviter col-
ligam Anno igitur sexagesimo vite Noe inundaverunt aque di-
luvii ab inicio mundi 1676 et ibi prima etas terminata est
quasi infancia oblivio data. Anno vero secunde etatis 222 mundi
vero 1818 genuit Nachor filium suum Thare in quo terminatur
secunda etas que tamen usque ad ortum abrahe extenditur
usque ad annum Thare 70 Secunda etas habuit annos 292
sic quod ab inicio mundi usque ad ortum abrahe fluxerunt anni
1948 Ab abraham autem usque ad regem David fuit 3a etas
habens 2888 ab inicio mundi in se vero continens annos 840 Da-
vid autem primus de tribu Iuda regnavit apud Ebreos 40 annos
in cuius regni primordio incipit quarta etas non ut quidam dicunt
per regni inicium iudeorum tamen inchoasset in Saule sed pro inno-
vacione promissionis olim patribus facte de Christo et regno
Christiano Sic enim iuravit dominus David veritate de fructu ventris
tui ponam super sedem tuam et habuit hec etas annos 487 usque
ad ultimam captivitatem iudeorum Ab Adam vero 3313

Sigitur ab inicio ceptum est quod iuxta prophetiam Ieremie
1o anno pprenezauit. Etas septima exordium sumit que
continet annos 700 et dies 90 que ad xpm terminata est
Sex his ergo ab adam usque ad xpi nativitatem ubi incipit
sexta etas colliguntur anni 3963 et hoc secundum Vincencium qui
ut apparet ex prima hystoria nostri libri Ieronimi translacionem annorum
numerum computavit. Verum tamen ut idem ait ante abrahe tempora
tam ante diluvium quam post multo plures anni in addicione
leguntur quam in nostra reperiantur et hoc patet ex supra allegatis
ab Eusebio Orosio Isidoro qui antiquam translacionem secuti
sunt quorum computacio preter Ebraicam computacionem excedit
annos 1236. postea vero confirmat Vincencius quod si maio-
rem numerum prosequi voluerimus et iuxta librum iude-
icum ab exitu de Egipto usque ad edificacionem templi 600
annos invenerimus et insuper in sceptro Amon sceptro
iuda 12 annos quorum tamen nulla apud Ebreos habetur
computacio his omnibus inspectis ab inicio mundi usque
ad nativitatem domini secundum Bedam que secundum ecclesiam annos
7199 verum tolle datas ad iubilea quos dionysius
nascente domino dat Bedam protoplastus. nec
mirandum si hec Bede computacio ab ecclesia conservatur
quia licet quamquam Ebraica Ieronimi translacio in usu ecclesie
habeatur non solum Beda et illi hystoriographi quos supra
ut dictum est insecuti sed omnes catholici doctores tam Greci
quam latini iuxta translacionem lxx computacionem annorum assigna-
bant. Verum illam eciam sanctus Augustinus de Civitate dei ubi ait
quod sexti millenarii annorum mundi posteriora spacia pro
tempore volvebat. Ubi Vincencius notandum est quod Augustinus
ibi non apparuit ut quidam crediderunt sed vitat ne post
illam opinionem que dicebat quod permanentem etatem non desperet
dum per sex dies ut perficeret quod omnia que pertotam dura-
cionem huius seculi facere disposuerat in sex annorum millenariis
adimpleret hanc perniciosam opinionem in pluribus locis extirpat

ut supra dictum est in fine libri de civitate dei asserere
refellit. aliaz etiam in tytulo predicti facti illorum ridiculum
qui adventum domini adventum post septem milia annorum
ad adam futurum crediderunt ut 1000 annorum tamquam septem
dies transeat deinde illud tempus quasi dies octavus
adveniat. De tribus aut quatuor quod catholice tenendum
sit dudum satis probabiliter explicavi in quodam sermone
de adventu domini super illo verbo Scitote quia prope est
regnum dei. sed hiis obmissis ad propositum redeamus.

De annorum mundi computatione expedit astronomorum
considerationem adaptare. Sicut autem videtur posse
per tabulas astronomicas a diluvio citra ut
supra et de superioribus annis ut ab Euse
bio et Orosio positum est nulli credibile historiographi
ad tradunt. quare nec astronomi de illis tabulas condide
runt sed illos annos ex sola divine hystorie revelatione
susceperunt licet quidam Indi asserunt tabulas astro
nomicam per quam computavit solis et lune tabulas ante
diluvium condidisse. Dicitur igitur quod a diluvio citra possunt astronomi
annos mundi certificare quia a radice certa et nota
inceperunt sue progressionis initium. Item secundum tabulas
Alfonsi. Era diluvii usque fuit ad incarnationem
Christi quod etiam processit per annos 3103 mensi
bus 11 et diebus 29. Isti autem sunt anni [illegible] in mensi
[illegible] maiores sunt anni Romanis. Persici quia
annum ex 365 diebus praecisa quarta diei quam Persici simul
firmant constare quare manifestum est non esse initium
sumptum anni in una parte temporis sed apud Grecos et
Latinos sunt invenire, sed similiter per ipsos dierum spa
tia. Cum quorum menses singuli 30 continent dies sed ultimus
qui continet dies 37. Etiam quo predicti anni Persici
minores sunt annis Romanis in a diluvio usque ad Christum
plures inveniuntur quam anni Romani [illegible] [illegible]

de duobus annis uno mense et 17 diebus minutis obmissis
quod fuit patet secundum alfonsum, quia inter diluvium et re-
gem alfonsi fuit anni romani 4353 menses 3 dies 2
minuta 47 inter diluvium vero incarnationis et et regem al-
fonsi fuit anni romani 1251 menses 5 vel in diebus
minuta 17 et subtracto minore de maiori remanet
a diluvio usque ad xpm anni romani 3101 menses 10
dies minuta 30. Ex quibus patet quod cum Beda ponat
ab adam usque ad xpm 5199 subtractis inde
2242 annis quos ponit 70 usque ad diluvium
remanet secundum Bedam a diluvio usque ad xpm
anni 2957 et discordat a computatione alfonsi
et excedit Alfonsus Bedam in annis 143 vel circiter
Et adhuc magis discordat alfonso illi qui ultra com-
putationem Bede ponunt 11 annos, sicut vel fuit
vel ut alii 28 vel 29 aut 39 sicut patet respondetur
dicitur Sed vero incarnationis ponat ab adam usque
xpm secundum computationem hebreorum 3963 usque ad
diluvium annis 1656 quos fuit prima etate patet quod subtractio
diluvium remanet secundum eius computationem a diluvio usque ad
ad xpm anni 2307 et discordat a computatione
alfonsi quae dictam computationem excedit de annis
794 vel circiter. Et dixi circiter propter fractiones
quas hic omitto exprimere non manifeste patet quod in
putacione Bede quia sicut Ethica intelligimus proprius est
computationem alfonsi scilicet de annis 658 vel circiter propter
videtur inclinari esse propinqua quam computatio incarnationis in
xpiana, quia faciliter possit computari recondari in computatione alfonsi
per modum supra dictum viderit et in modo diebus de secunda
annos integros sive fractionibus incarnatione Alfonsus
vero annos fractiones non obmittit. Quia vero ast-
ronomie considerationes quae multis et gravibus certam
sunt stellarum et planetarum demonstrant in talibus computationes
nobis debet ut videtur tenere principatum computatio Alfonsi

copulationum sequitur in sequentibus consideracionibus que erunt
de magnarum coniunctionum temporibus/

d Ut autem inter copulationes volentibus magnarum
tempora coniunctionum adeptare oportet est coniunctionum
dicas prognosticare. Sciendum est igitur quod secundum ali
quorum modernorum astronomorum opinionem duplex est pla
netarum coniunctio. una est superior que est trium planetarum
superiorum. et alia est inferior que est quatuor planetarum infe
riorum. Coniunctio vero superior est quadruplex maxima
maior minor et media. Coniunctio maxima est quando con
giunt tres planete superiores saturnus iupiter et mars
Coniunctio maior est saturni cum iove. minor iovis cum
marte media saturni cum marte. Magna autem coniunctio
est saturni et iovis in principio arietis que fit in 960
annis sed et sic secundum Albumazar et antiquos astro
nomos sinthila maxima ut notavi in tractatu de le
gibus et sectis/ Secunda causa patet per Alkabitium differentia
quadragesima primi introductorii ubi dicit quod maior ex
omnibus coniunctio est coniunctio saturni et iovis in initio
arietis/ secunda vero eorum coniunctio ut ibidem ait est in
initio uniuscuiusque triplicitatis et fit in 240 annis
singulis enim in unaquaque triplicitate duodecies in
fiunt in unaquaque triplicitate et tertia coniunctio
eorum mutatur coniunctio eorum ad triplicitatem que sequitur suc
cedit/ Tertia coniunctio est saturni et martis in initio
cancri que fit in omnibus 30 annis/ Quarta vero co
niunctio secundum Alkabitium est saturni et iovis in
signo sed que fit in omnibus 20 annis in uno quoque
nam nostra visa inter eos/ De mediis et minoribus co
niunctionibus superiorum planetarum variis quam tam corporum quam
inferiorum planetarum coniunctionibus nil hic amplius dicturi sumus
quia illarum multitudo maiorem requirit tractatum iuxta
doctrinam Tholomei in libro tetralogio libro xiiii

Vbi ait/ Vis obliuiscaris tetu viginti coniunctionum que sunt in stellis erraticis/ In illis enim est maior scientia eorum que fiunt in hoc mundo Et ubi talium illarum coniunctionum differentias annotabat/

[M]agnarum coniunctionum significationes et convenientes est breviter explicare/ nam tum dicat ptolomeus ubi statim allatum est quod in illis 120 coniunctionibus est maior scientia eorum que fiunt in hoc mundo tamen magis coniunctiones quas predixi reputo maiores efficacie fuisse ad maiores mutationes in hoc seculo factas/ nam coniunctiones illarum superiorum planetarum ut ait messahalla significat res maximas et maxime mirandas propter tarditatem motus eorum/ Et in hoc concordat omnes astronomi quod numquam fuit aliqua istarum coniunctionum sine aliqua magna et mirabili sive notabili mutatione in hoc mundo de quibus concordat aristoteles libro de natura et proprietatibus elementorum ubi ait ubertas et sterilitas fiunt per stellarum permutationem in signis diversis per climata septem et mortalitas gentium plurimarum et regna vacua fiunt apud coniunctiones stellarum duarum Saturni et Iovis per eorum enim permutationem de triplicitate ad triplicitatem accidunt accidentia magna Sed in speciali loquendo de coniunctione maxima, trium superiorum dicunt astronomi quod si illam apparuerit sol 1a significat novitates sectas et regnorum mutationes et destructiones aliquorum climatum pro magna parte et sequitur pestilentia/ Et si isti tres planete coniuncti fuerint in casibus suis significabunt penuriam et sterilitatem nisi sint formati ut innuit albertus in libro de natura et proprietatibus elementorum et eveniet effectus secundum colorem etiam fortis eorum tamen si fuerit 1a coniunctio in signo igneo significabit terre siccitatem/ Si in signo aqueo pluviarum multitudinem Si in signo aereo ventorum fortitudinem Si in signo terreo frigorum superfluitatem Et si

fuerit coniunctio in signis masculis significat detrimentum multo
rum animalium masculorum. De coniunctione vero maxima dicit
Ioannes in primo aureis dicit quod significat res sectarum no
varum et si Iupiter fuerit fortior significat maximum
detrimentum atque tribulationes. Et si ista coniunctio fuerit in
signis igneis significabit bella … et sterilitatem, et plus
in signis aereis. Sed in signis aquaticis significabit inun
dationem aquarum et pestilentiam si fuerint impediti.
De significatione autem aliarum duarum causa brevitatis … Et iam
quia iste coniunctiones magne magis ad propositum pertinent
eo quod magis possunt applicari ad diversa prophetias mu
tationes sectarum et eventus admirandarum rerum

aquarum coniunctionum que fuit a diluvii tempore
minime possumus a posteriori vel calculare
sic enim data certa radice faciliter fieri poterit
presupposita ultima coniunctione tunc superiorum planetarum que
secundum astronomos fuit anno Christi 1345 die marcii
24 in nono gradu aquarii in civitate que coniunctio
secundum Leupoldum aquas diminuit, victualia exuberat
dispositi pestilentiam significat maximam ut patuit per
effectum evacuationis gentium a regnis et climatibus
variis aliorumque plurium malorum … quorum usque
nunc remanent vestigia. Ab hac igitur coniunctione possumus
a posteriori computando precedentes coniunctiones plures calculare
quod sic ostenditur, nam per multis annis a diluvio usque
ad Christum tunc annis a Christo usque ad coniunctionem predictam
patet quod a diluvio secundum Alfonsum usque ad eam fuerunt
anni 4446 menses 10 dies 12 minuta 30 unde
manifeste patet quod si hec coniunctio fuit in vel 224
annis ut aliqui dicunt secundum tabulas prophatii
Iudei, sic fundamento exempli gratia presupposito facile erit
calculare quot fuerunt coniunctiones usque ad diluvium precedentes
et per consequens calculari ille que fuerunt ante diluvium

et signi per quot annos mundi a principio fuit prima talis coniunc-
tio illarum annorum esse non sit certitudo, sed non habeo quam
certam seu radicem istius computacionis propter dissonanciam
opinionum de anno a principio mundi usque ad diluvium, Sed
quod diligentius advertendum est quod licet secundum aliquos astronomos
modernos predicta sit predictarum planetarum coniunctio superiorum
dicatur maxima propter planetarum concurrentium pluralitatem, tamen secundum
antiquos astronomos coniunctio Saturni et Jovis in principio arietis
semper dicitur maxima propter effectum quos post magnitudinem
est enim maximarum rerum significativa magis quam aliud
predicta sicut omnes concordant astronomi, cum in respectu illarum que
fit in 960 annis et fit in capite maxime in capite
arietis que fit in 960 annis alie coniunctiones
Saturni et Jovis designaverunt magne maiores et
medium sicut notat Albumasar ubi supra. Et ut in
preallegato tractatu de legibus et sectis plenius expressum
est, cum his concordat Leupoldus qui illarum astronomorum
conclusiones compendiose recollegit nam in quinto tractatu sui in-
troductorii ita scribit generales et maiores mundi altera-
tiones et mutationes fiunt per coniunctionem Saturni et Jovis
in capite arietis in 960 annis et hec secundum eum superiori
tractatu maxima est in mundo et significat mutacionem in
sectis et in regnis. Secunda est coniunctio eorum 120
annis secundum mutacionem eorum de una triplicitate in aliam
que etiam magnam alteracionem in hoc mundo significat. Tercia
est coniunctio Saturni et Martis in 30 annis in cancro
ubi est Saturni debilitas et casus Martis. Quarta est
coniunctio Saturni et Jovis in 20 annis que fit dum
secretes in 240 annis scilicet mutacionem eorum de una tripli-
citate in aliam que etiam magnam alteracionem in mundo
significavit licet illis varius non fuerit propter multa
alia que ad presentem non adveni. Ex quibus sub
colligitur quod ultime videtur expediens unam ultimam
Saturni et Jovis maximam coniunctionem in capite arietis
calculare et ab ista sicut superius tactum est, a posteri-
ori retrorsum computando precedentes ei plures coniunctiones

materie quod si eorum tempora notamus et ad eas historias
applicamus inveniemus profecto circa huiusmodi tempora magnas
et mirandas mutaciones in hoc mundo evenisse.

Ex predictarum coniunctionum maiorum calculacione
a posteriori non possumus annos ab origine mundi certi-
tudinaliter verificare nec circa hoc opinionum
dissonanciam concordare. Hoc manifeste patet quia sicut
impossibile est quod in eodem a parte ante et a parte post perfectam
opinionem magnarum coniunctionum invenire nisi agit ad mundi
etatem mandandum. Sed et nos eos qui ponunt mundum ha-
buisse principium et finem etiam futurum non potest aliquis
calculari annum qui fuit a principio mundi usque ad partem
coniunctionum maximam super data certa radice propter incertitudinem
fundatorum sicut predictum est. Utrum autem a posteriori prima
coniunctio possit inveniri et per hoc etiam mundi a primo
principio calculari et veritatem certissimam demonstrare tempore
magis certitudinaliter veritatem proponimus.

Ultimo videtur difficile magnarum coniunctionum calcu-
lacionem a priori ad annos mundi certitudinaliter appli-
care. Applicacio enim harum coniunctionum potest ad
hoc dupliciter considerari. Primus modus est a posteriori,
alius est a priori. Primus procedit ab ultima coniunctione
ascendendo ad precedentes. Secundus autem a prima coniunc-
tione descendendo ad subsequentes. Primus vero modus est
facilior ut ex predictis patet. Secundus difficilior ut
ex prioribus manifestum est. Nam iste modus procedendi
presupponit cognitionem fundamenti signorum celi et dispositionem
planetarum que fuit a mundi principio et inde calculat partem
coniunctionum et ex illa certitudinem. Sed istud fundatum est

est mltm mctu et maxie / qr circa hec magna est va
rietas opionu / Ebrei aut in equinoctio vernali dicut
mundu factu esse / arabes vo in solsticio estivali Egip
cij aut in equinoctio autupnali et scdm hyemali sic
sup tactu est vbi de anni pncipio agebat / difficilis ergo
est diiudicatu scire que istarum opionu sit verior illa
tn hic proseqr / qua astrnoi catholici observat et hec
est opinio Ebreor

Maiores difficultates fuisse videt de creatione
luminarium et circa pncipia dispositione opinionum theo
logorum et astrologorum diversitate / et ut accipitur
i. a pa mdi die primus ex ordine / Dicendum
est qd doctores theologi et spar augus de illa luce
qe pa die facta legit / et de luminaribus celi qe quarta
die facta sunt multas movent questiones Similiter
Aristotiles in scda parte summe sue propositiones / Sz de
hiis solu tres tangere sufficit qe magis qe magis ad
propositum tangere videtur / Prima ergo questio est qualiter
illa lux faciebat diem et noctem / Et hic est duplex
modus dicendi vnus .s. doctorum grecorum viz Dama
sceni et Basilii / Alius .s. latinorum / Illi enim dixerunt
qd lux illa fuit nubecula lucida emittens et retrahens
radios suos pro die et nocte faciebat hec aut dicebat
in potestate lucis ipius non per virtute sua sed per preceptum
divinum / vnus sicut forte factum est in passione domini
qn sol dicitur obscuratus fuisse non quidem natura sed divino
precepto / Et sic intellexerunt doctores greci fuisse
in illo principio primo triduo / Alius est modus dicendi
s. doctores latinos quem Beda et alii expositores sequuntur
Et una sicut et bonaventura super scdo sententiarum
distinctione xiij / hic modus videtur esse rationabilis et p
tenti nihil prior viz qd lux illa nocte et diem fa
ciebat suo motu et revolutione sicut per circa sol facit pnia
actione / naz lux illa intelligitur facta fuisse vbi nunc est

Sol et ex illa formatus creditur esse sol, et ita quando
habuit plenum et perfectum diem et noctis habuisse
dicimur. Et hic modus probabilius sustinetur. Sed tunc
oritur oritur secunda questio, quia si lux prima per suum
motum faciebat diem et noctem, tunc ipsa aut fuerit
penitus quieta aut mota. Si dicatur quod fuerit ante omnem diem
ergo ipsa non fuit opus prime diei. Si vero dicatur
quod sic cepit esse et illuminare et moveri, queritur ubi
primo incepit, an enim ex oriente, an ex occidente, an ex aliqua
alia parte celi. Si ex oriente, ergo videtur quod primo fecerit
mane, et postea vesperam, et hoc est contra scripturam
que dicit vespere et mane dies unus. Si ex occidente
ergo videtur quod lux ceperit in occasu quod est inconveniens.
Sed si in aliqua parte alia ut in meridie, tunc videtur
quod dies illa non habuit 24 horas quod est contra ex-
positores, vel quod est, ubi lux prima post factum fuerit
et qualiter inde diem et noctem fecerit. Ad quam
questionem ibi respondetur, quod formatio illius lucis fuit opus
prime diei, nec tamen illa dies ipsam lucem precesserit
sed quod sic incepit dies in luce, quoniam enim motus
rei sic esse rei sed naturaliter durante post sic cum
mobili incipere. Et si queratur ubi lux prima incepit
moveri, respondetur quod ubi facta fuit. Due fuerunt
opiniones, quidam enim dixerunt quod lux prima facta est in meri-
die, sed propter verbum primo quod lux prima post faciebat ve-
spere, et postea mane sicut dicit scriptura, ergo videtur quod post
tendebat ad occasum quam rediret ad ortum. Alia vero
est, quod dum perfecta fuit opera, et vero diem et lucem
fecit in sua plenitudine et sic in meridie. Et hoc videtur
sentire et alii expositores, qui dicunt primum diem
plena luce cepisse. Et si obicitur quod tunc a primo diei
usque ad mane non fuerunt 24 hore, respondetur quod
sex hore huius diei precedant successiones temporis perfecte
nite, propter quod immutabilitatem rerum inchoare, et postea 6 horas

tunc est in uno perfecto facta est lux quod est corpus per-
fectum in sui natura in plenitudine et perfecta irradiatione videlicet
in meridie. Et cum erat tunc tempus equinoctiale usque ad
occasum fuerunt sex hore et postea usque ad ortum sequentis
diei fuerunt 12, et hec precesserunt anteformationem luminis
post creationem celi et terre, et ita factus est dies naturalis
et integer. Alia opinio est quod non fuit mora temporis
intercepta inter creationem et distinctionem sed statim post creationem
celi et terre produxit deus lucem ita quod posuerimus
nunc secundum solis duracionem, sed isti dicunt quod non lux incepit
in oriente et sua revolutione perfecta redeundo ad eundem
punctum in idem fecit diem naturalem. Et licet videatur Hugo
libro de sacramentis sentire et istud videtur satis
probabile ut ibi incepit lux prima in die primo ubi conditus
est sol in die quarto. Traditur enim sol quarto die
conditus fuisse in oriente non in meridie, et luna
in occidente. Et si obiciatur contra hoc quod scriptura debuisset
dixisse factum est mane et postea vespere, dicendum
quod sicut tangit magister sententiarum in distinctione allegata
mane dicit non precedentis noctis et exclusit dicit quandam
obscuritatem, propter hoc nominatum dicit diem initium sed noctis
consummationem. Et quia in prima lucis formatione non precessit
nox ideo dicit diem illum cepisse a plena luce ac si
fuisset in meridie. Non ergo dicatur fuisse prius mane
quam precesserit nox sicut prius vespere quod est finis diei
et postea mane quod est finis noctis, quia post fecit diem
et postea noctem. Unde finaliter concludit predictus doctor
quod tamen licet modus dicendi quem precedit satis est pro-
babilis, non est facile discernere quis eorum plus
habeat veritatis. Ideo quoniam utrorumque modorum dicta
non est facienda magna vis, sed in hiis in quibus concor-
dant doctores theologorum omnibus resistam ut appareat
quod alterius termini assertorum opinio non discrepat, sed

in tempore concordat primo in astronomia voce distinctione
diei et noctis et 2o thesis in motu illius lucis
que primis tribus diebus suppleuit vicem solis Ergo quod
ia lux et sol qui eius successit conditi sunt medio
2o quod sol conditus est in plena luce et sic concessit chaldeis
eos in meridie et hoc est communis omnium astronomorum
opinio et incipiunt computare diem a meridie quod tunc
sol est in maiori virtute
Alii autem ex variis considerationibus diversas alias distinctiones
consueverunt ut greci a mane in mane quod tunc
primo apparet sol Ebrei vero a vespere quod tunc incipit
solempnitas Romani a media nocte quod tunc natus est
Christus vel Marie dicit greci partus incipit astra se
quitas In medio lucis Indi vespere factum Christo
at etiam medio tempore noctis quod
Sed restat una difficultas quod de primatione solis et
lune supponitur utrum sunt conditi fuerint in coniunctione
vel oppositione et hoc est quod in hac passione querit augustinus
utrum luna creata fuerit prima vel plena quia eam posuit
deus altissimorem ubi prius et eandem tangit glosa
super illud fiat luminaria etc ubi allegat augustinus una
de luna per cognitionem vnale vespere plenam precedere
pascale tamen facit que regula usque hodie viget
De qua tamen queritur an plena vel prima facta sit
Respondendum est deum conuenientius fuerit perfectam fecisse
quod ut aiunt non decebat deum ia die aliquid imperfectum
facere Alii dicunt quod luna facta sit non prima quod non
sit incipit minuere Si tamen deum aliquid imperfectum fecisse
dicatur reprehensibile non est quod enim ab illo inchoatum
est ab illo et non ab alio perfectum est Creditur etiam
ideo plena facta quod vera septuagesima incipit
sunt facta inchoatam noctem quod sic tunc plena est
Ex quibus glosa patet quod de hac questione diversi sunt opinio


et utraque tetigit Augustinus in secundo libro de Trinitate
ubi ita finaliter concludens Ego autem modicum inter
istos sum, ita sum ut neutrum asseram scilicet plane
dicam sive primam sive plenam lunam deus fecerit
fecisse perfectam dico, pro tunc quoniam ampliori
declaracione Sciendum est quod tamen luna in principio creata
fuerit in materia informi, quia scilicet facta est super celum
et terra, ipsa in quarta die facta est in prima specie atque
plenitudine quia tamen dei perfecta sunt opera ut et sepcia
indecens fuisset deum tunc eam imperfectam creasse Et hoc
secundum quod et Augustinus ipsa tunc facta est in plenitudine
essentie et in plenitudine luminis accidentalis quam recipit
a sole, quando in se est quando non est eclipsis licet
licet nobis appareat quasi corniculata et in respectu
possimus eam dicere non fuisse factam plenam illa ple
nitudine, respectiva apud nos Et secundum hanc viam
ut et alterius [illegible] patet solucio ad obiecta solucionis
ad opinionis adverse quod dicendum quod luna facta est in
plenitudine speciei licet non in plenitudine luminis accidentalis
quo ad nos ut sic est dictum Deum enim decet imperfectum
fecere, tamen [illegible] solucionis sit imperfectio perfectionem addere
nec etiam obviat quod et textus lunam factam in inchoa
cione noctis quo tempore non apparet nisi quando est plena
propter quod dicitur eam in plenitudine factam esse
secundum eum, quod dicitur in inchoacione noctis sic est intelli
gendum id est in principatum quod innuit quando subiungit quod
sit articulum ubi ponitur in inchoacione, et in principatum
generum illud principatus, licet de presenti questione extra
[illegible] Theologorum dictis collegi ut innotescat
quod approbabiliori certe Summa non discordat communis
astrologorum opinio que ponit lunam ut primam ut plenam
factam fuisse scilicet certam ut patebit etc.

Resupposita tamen tam theologorum quam astronomorum
opinione quod mundus creatus est in equinoctio vernali so-
le existente in Ariete. Ex hoc consequenter primam aliorum
planetarum disposicionem quam vocant figuram seu faciem
celi possumus describere, pro cuius figure declaracione prenotandum est
Sma hyspalien in introductorio Albumazar et per tra-
slatorem ad sciam iudicum iudiciorum astrorum ubi tractatur quanti-
tati septima sit aut. Cuiusque stelle domus et [illegible] exaltantium
planete et fortitudine uniuscuiusque eorum in eodem signo nullus
scies, tamen gradus exaltacionis uniuscuiusque planete in signo
sciendum itaque ad hoc quod diximus in littera seda quod incepto
ex divisione ceti a sole et ex medio diei et initio
Arietis et ex linea equalitatis et ex medio celi, quod sol ascen-
dit dum ingreditur Arietem et incipit dies augmentari
et dies est cum nocte et medium dies est fervor qualita-
tum [illegible] et ascensiones et ortus ascendentis sit super eos
in loco aut linea equalitatis signorum ascencium, et ascenciones
medii celi eorum sunt motus, et per plenum ascensionem circuli
signorum in linea equinoctiali sit motus signorum eorum in medio celi tamen
mundi. Et sic gradus exaltacionis planete est [illegible] per primum
esse. Obiciat utique tamen facta est maior divisio ex linea
circuli dicti et ex medio celi super linea equalitatis erit
primum assumpti Cancri ascendens [illegible], quod dixerunt aliqui
quod Cancer sit ascendens mundi, et est dignum ut sit ascendens
in initio cometi mundi gradus in quo mansit impetus ex
Cancro. Hec ille.
Ex quibus habetur fundamentum ad describendum figuram astronomiam
ad tempus inchoacionis mundi in qua sit paradisus, primo ponitur
primum gradum Cancri ascendentem mundi, secundo primum gradum Arietis
pro medio celi, tertio primum gradum Capricorni pro angulo occidente
quarto primum gradum pro angulo Libre [illegible] et [illegible] quatuor
[illegible] seu quatuor domus angulares. Deinde ponuntur suc-
cedentes vz 2, 11, 7, 6, 9. Secunda erit 3 gradus Leonis 11
erit 21 Tauri, 7 erit 21 Scorpionis 9 erit

22 piscium postea veniemus ad ascendentes que sunt 3 8/6
1 2 3a erit 22 virginis 6a erit 1 Sagittarii
decima erit 3 aquarii 12a erit 1 geminorum. postremo
ponemus planetas in eorum domibus in quibus locati sunt tunc
gradibus eorum exaltacionum exceptis Sole et luna qui
in locis eorum exaltacionum ponendi sunt ut superior tabula
declarabit. Saturnus ponitur in aquario in domo
sua in gradu sue exaltacionis 21. Jupiter in sagittario
vel in piscibus secundum aliquos qui dicunt quod ibi ma-
gis gaudet in domo sua in gradu sue exaltacionis
17. Mars in scorpione in domo sua in 28 ut
in sua exaltacione. Sol in ariete in primo gradu sue exaltacionis
19. Venus in domo sua in thauro gradu sue exaltacionis 27
Mercurius in domo sua in geminis in gradu sue exaltacionis 21. luna
ponitur in thauro in domo sue exaltacionis. Caput draconis in geminis
in gradu sue exaltacionis 3. Ex primis patet primo quod sol et luna
non fuerunt locati in coniunctione vel opposicione seu plenilunio
sed luna [illegible] vel [illegible]. Et adhuc videtur congrua convenientia
cum dicta die nec prius facta est in prima die sol et luna
postea quarta die facti dicuntur, videtur quod tunc in ea-
dem plenitudine [illegible] fuerunt in qua fuissent si prima die in
qua [illegible] exstitisset. 2o patet quod venus et luna erant in
eodem signo [illegible] in thauro. 3o patet quod luna [illegible]
per caput draconis [illegible] mercurio in signo geminorum
et sic fuit [illegible] prima [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] tunc
aliis planetis [illegible] [illegible] applicabatur ad Solem quod
fuit 21 die vel circa [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] quod [illegible]
post lunam ad suum [illegible] [illegible] illos 3 dies
precedentes [illegible] solis et lune alias non fuissent 30 dierum.
Certo patet quod in hac figura non ponitur mercurius in domo sua
in virgine [illegible] [illegible] et gaudet sicut ponuntur alii
planete in suis domibus [illegible], sed in geminis, quia mercurius
non potest distare a sole per duo signa, tamen oppositum dicunt
aliqui asserentes eum [illegible] in virgine tamquam in domo sua [illegible]
et sic que dicta sunt clarius patent in presenti figura

Figura siue facies celi in precedenti canone sequentibusque littera declaratiua





nppoita pa figu celi p eam possꝫ apzi
pmaz conicaom maxime assignare Et
ap9 zi p tablas astronicas vnaz aliam
coniucaz plem inuenire Et exeis p aliaz
lhngi qnicaom calculacoz legittimaz vni mi dunaz
mdi seclusa variaz oppiom dissonancia ebtudinal
coclusi hoc vltim oblu ba pnt inceta cotinet
qnoz tu facile est duobz pit suppute s in illis
magna est difficultas no vmq hoc s plurim pitoz
iudico determinanda na sic supis dictu est vlx diffic
videt p dictam figuaz celi et pme qnicaco p eaz
cosignandas ebtudinar visitac et io h no pcedz
s. calculacoz astru et pcisam s vitati ppinqua qdez
astronoz opiom satis plem inspitres pa igr qnic
cos fuit anno a pno mdi 320 vl circit et fuit
s. figuaz pdictaz a pori plac mitur qr i mioi
tpe jupit qui est saturno velocior no potuit a
pdca saturni qnicae preie ut pz cupanti cozp
cursg mnte qd etia qfirmat p copsidaz inmoz
qnicaomi Et sicut fuisse 16 m mio qnicaces
lhngi quartu paz pont in piscibz scdaz i scorpioe
tcia in Cancro quartu ppe vltim arietis qr dui quita
m sagittario Sexta in leoe septaz in thauro octaz
m Capricorno Nona i virgie Dena i gemnis vndecimaz
in aquario 12 in libra 13 in Cancro 14 in piscibus
tciaz in Scorpione 16 in leone P9quas scdm
cos scruta est h coniuco i pmo qdu arietis vl ppe
mfra sex qdus Et h fuit pa maxia qncco Ano
320 vl circit qr tot anos qtinet 16 qnicaces
p dicte cu vnaqz 120 annis fiat

Secunda maxima coniunctio anno a principio mundi 1280 vel
circiter et hec presupposita prima parte sicut et omnes scriptores
clare per additionem 690 annorum. Et adinventionem ma-
ximam precedentem. Tertia ergo fuit anno 2242 vel circiter
et huic concordat Apponi quod Arabes astronomi dixisse
reperiuntur ante diluvium per spatium duorum annorum vel circiter
fuisse unam coniunctionem magnam Saturni et Jovis in
Ariete, unde probabile videtur quod hec fuit principalis causa diluvii
inquantum ad talem effectum causa naturalis concurrere potuit
ut supra dictum est. Quarta coniunctio maxima fuit anno
a principio mundi 3200 a diluvio vero 558 vel circiter.
Quinta fuit anno mundi 4160 a diluvio anno 1918
vel circiter. Sexta fuit a mundi principio 5120 a diluvio
anno 2878 vel circiter, et hec fuit ante Christum incarnatum
annis circiter 225. Septima fuit anno mundi 6080
a diluvio 3838 vel circiter et hec fuit anno post incarnationem
Christi 735 vel circiter. Sic ergo fuerunt in summa a principio
mundi usque ad presentem annum Christi 1441 coniunctiones ma-
xime, 3 ante et 4 post diluvium. Octava vero erit
anno mundi 7040 a diluvio 4798 a Christo vero
1693 vel circiter, et licet non solum a posteriori per unam
coniunctionem dicatur esse probatum, sed etiam a priori evidenter
posse probari ex tabulis astronomorum per calculatorem litteratum.
Et sic .s. due alie vie a priori .s. et a posteriori in
se invicem concurrunt in concordia ex quibus presuppositis
manifeste concluditur quod ab initio mundi usque ad diluvium
fluxerunt anni circiter 2242. Et licet varient computationes
secundum 70 interpretes quia sunt ecclesie. A diluvio vero
usque ad Christum secundum calculationem Alfonsi ut supra patet
fuerunt anni 3101 menses 10 dies 12 minuta 30
que sunt media dies et parum dimidium diem. Et
in hoc concordat cum Albumazar. Et sic a principio mundi
usque ad Christum fuerunt anni 5343 cum uno anno

imperfecto et quasi completo ut supra patet. Et in hoc non
verificatur, sed convicta est computacio Bede et aliorum quia
secundum Ecclesiam in aliquibus particularibus locis et in predicta
tamen ea priori quam a pluribus annorum computacione concor-
dant Marie coniunctiones premisse ut patet cuilibet recte
calculanti. Nunquam tamen calculacio non est premittenda
quod anni post diluvium non fuerunt precise adequati
sicut anni post diluvium per Alfonsum. Dicit autem scilicet
llenpolis quales et maiores mundi alteraciones
et mutaciones fiant non solum per predictas coniunctiones
Saturni et Iovis in capite Arietis in 960 annis
sed etiam per coniunctiones eorum scilicet mutacionem de una tri-
plicitate in aliam in 240 annis et per coniunctiones
Saturni et Martis in Cancro in 30 annis. Ex quibus de
istis coniunctionibus ad consummacionem premissorum aliud quam
dicere ut hic videtur quod consignatus aliquibus earum
a pluribus utrorumque procedendo posset concludi post supra
per coniunctiones maximas annorum mundi veritatis reperiri
in brevitate cuius de hiis perpendemus, et hunc calcu-
lanti labore aliis reliquimus nobis requiem et finem
huic operi imponentes.

Et igitur videtur quod verba ad dominum Cardinalem
in prologo huius operis proposita satis ut
michi visum est exposita non diffinitive
determinando sed disputative inquirendo proponimus.
Nam tante rei determinacio magis examen re-
quireret. Unde expediens videtur quod Ecclesia
mediante Concilio generali vel summi pontificis plures
peritos theologos et astrologos ad hoc convocaret ut
ex auctoritate Ecclesie declaracio et determinacio in premissis
fieret et confirmacio fidei caperetur et tolleretur occa-
sio scandali eorum qui detrahunt catholice veritati
et improperant discordanciam que inter doctores

et septuaginta interpretes Ceterosque catholicos docto-
res in annorum nisi computacione reperitur. michi
autem sufficit ad tanti artificii utilem inventoris viam
aliis prebuisse et occasionem dedisse subtilius
indagandi. Iam deoque videor michi debitum huius exi-
gui operis adiuvante domino exsolvisse.
Quibus autem parum est michi ignoscant. Quibus
autem satis est non michi sed scripturis congratulantes
agant. Cui sit honor et gloria in sempiterna
secula seculorum. A.. M.. E.. N.

In tractatu meo de concordia astronomie et theo-
logie sub septem titulis de concordia astronomice veritatis
et narrationis hystorie preparavi decrevi(?) quia
cum ibi quatuor decim(?) ... maximas coniunctiones tempora
notabiliora ad ea hystorias applicando incepi(?)
circa longiora tempora magis et ... (?)
et imitatores in hoc stilo excepisse ideo nunc hic separatim
declarare incipiendo hystoriarum ... secundum notabiliora
hystoriarum gesta et circa tempora dictis coniunctionibus adaptando
devitans aut confusionem hoc opus 10 titulis continet et
capitula distinguemus

1m erit brevis recapitulacio de coniunctionibus Saturni et Jovis
2m de tribus coniunctionibus maximis
3m de generationibus Ade
4m de generationibus Caym — primus titulus
5m de generationibus Seth
6m de generationibus Noe
7m de archa Noe et diluvio
8m de dispersione filiorum Noe post diluvium
9m de turre babel et divisione linguarum — 2us titulus
10m de Regno Assiriorum
11m de generationibus Sem
12m de quinta coniunctione maxima et de Abraham
13m de notabilioribus gestis Abrahe
14m de generationibus Abrahe Ysaac et Jacob
15m de morte Abrahe et Ysaac et ortu Joseph — 3us titulus
16m de Moyse et per eum gestis
17m de quibusdam sub iudicibus
18m de morte Moysi et circa id tempus gestis
19m de captivitate Troye et per eam gestis
20m de sexta coniunctione maxima et regno Hebreorum et edificatione templi — 4us
21m de divisione Regni Hebreorum

22m De Regno Romanorum
23m De Captivitate Judeorum
24m De Regno Persarum et reedificatione templi
25m De mutatione Regimi Romanorum
26m De Regno Allexandri magni
27m Destructione Regni Persarum ab alexandro et eius morte
28m Sexta generatione maxima et bello Romanorum et Cartaginensium
29m Fine Regni macedonum et machabeorum
30m Innovatione Regni Judeorum
31m Persecutione Judeorum a Romanis
32m Imperio Romanorum et Julio Cesare
33m Octaviano Augusto
34m De destructione Regni Judeorum
35m Destructione Regni Egypti
36m Herode et eius crudelitate
37m Cristi nativitate
38m Tyberio Cezare
39m Incidentibus circa hec tempora
40m Gayo Cezare
41 Claudio et Petro apostolo
42 Nerone et eius crudelitate
43 Vespasiano et Judeorum destructione
43 m Recollectione annorum secundum Eusebium
45 Recollectione annorum secundum Jeronimum
46 Recapitulatione quatuor principalium Regnorum
47 Destructione revolucionum Saturnalium
4 Declaratione premissorum
49m lege Cristianorum
50m Diocleciano et Cristianorum persecutionibus
51m Secta Sarracenorum

72m Septima coniunctione maxima et circa eam gestis
73m 10 revolucionibus Saturni a tempore Machometi
74m Sextis circa dictam coniunctionem
75m Sextis post dictas revoluciones // gestis=
76m aliis decem revolucionibus saturnalibus et pera=
77m ctis quam completi 10 alie revoluciones gesta sunt
78m De Diversis scismatibus ecclesie
79m Magno ecclesie scismate
80m Octava coniunctione maxima
81m Adventu antixpi et eius secta
82m Sex sectis principalibus secundum astronomos
83m Octo preambulis adventus antixpi secundum Methodium
84m Antixpi ortu et fine et consumacione seculi secundum eundem

[A]stronomice veritatis more sapientes quam sapientes antiqui docuerunt in tractatu premisso et in eo qui de legibus et sectis intitulatur unumque aliqua ex eorum dictis collegimus de coniunctionibus planetarum maxime trium superiorum Saturni Iovis et Martis, que hic breviter recapitulare utile iudicavimus. Et primo de coniunctionibus magnis Saturni et Iovis, que ad generales Saturni alteraciones seculi et mutaciones regnorum, legum et sectarum, et alia magnarum rerum precipue habent diuturnam apparenciam. Dicimus igitur quadruplicem esse Saturni et Iovis coniunctionem, scilicet minorem, magnam, maiorem et maximam. Minor est que contingit in omnibus 20 annis semel. Iupiter enim perficit suum cursum 12 annis, et Saturnus quasi in 30, et ideo fit ut post viginti annos iungantur in signo 9º ab eo in quo primo iuncti fuerant. Deinde post alios 20 annos in quinto signo a primo, et post tres 20 annos iterum in illo primo. Et hec ab aliquibus coniunctio magna et fit in omnibus 60 annis, que dicitur triplicitatis plures

Super publicatione Regum et potentum, et super quantitate
annone et super ortus prophetarum. Et postquam in ista
triplicitate totiens coniuncti fuerint, ut ad aliam mutentur
et coniungantur, tunc vocatur coniunctio maior que fit in omnibus
240 annis vel circiter, et significat super sectam
et mutationibus eius in aliquibus regionibus. Sed que fit
coniunctio ab ista triplicitate in aliam, ut a fine Cancri
ad principium arietis, tunc dicitur maxima per revolutionem
Saturni 32 vicibus, et fit in omnibus 960 annis
vel circiter et significat super mutationes imperiorum
et regnorum, et super quantitates impressionum in aere
et super diluvium, et super terre motum, et quantitatem
annone. De predictis autem coniunctionibus tractat Alca-
bitius differentia 4a dicens quod maior omnibus coniunctionibus
est Saturni et Iovis in initio Arietis et hec fit
in 960 annis semel.
Secunda vero coniunctio est in initio uniuscuiusque triplicitatis
et hec fit in 240 annis, iungitur enim in unaquaque
triplicitate duodecies i. fiunt in unaquaque triplicitate 12
coniunctiones, deinde mutatur vero coniunctio ad triplicitatem que
hanc succedit. Tercia est coniunctio Saturni et Martis in
initio Cancri que fit in omnibus 30 annis.
Quarta quarto coniunctio est Saturni et Iovis in unoquoque
signo scilicet que fit in omnibus 20 annis scilicet, unde patet
quod addit tertiam coniunctionem Saturni et Martis in 30 annis.
Si non loquitur de illa coniunctione que media vocata est
et fit in 60 annis, de qua tangit Albumazar
libro de magnis coniunctionibus tractatu 2o differentia 8a, nec
tamen de ista locutus est Leupoldus, qui aliorum astronomorum
dicta utiliter recollegit, unde in capitulo tractatu primo intro-
ductorii ita scribit: Generales et maiores mundi al-
terationes fiunt et mutationes fiunt per coniunctionem
Saturni et Iovis in capite Arietis in 960 annis
per coniunctionem ~~Saturni et Martis~~ de una triplicitate in aliam
corporum secundum mutationem

240 annis per coniunctionem Saturni et martis in omnibus
30 annis, per loca planetarum in celestibus coniunctionibus et preteritis
intuitu scilicet in signa tropica precedentibus, et per plura
alia que ibi enumerantur, et apparet quod magis ad propositum
pertinet totaliter quod per revolutionem stellarum fixarum contingit
et per mutationem coniunctionum in triplicitatibus preterea multarum
mutationes. Et etiam Saturni [illegible] revolutiones in 300
annis secundum albumasar per annos planetarum maiores per
accessionem et recessionem orbis per 8 graduum in 640 annis
Ex omnibus precedentibus manifeste patet quod inter quaslibet
duas coniunctiones maximas sunt ad minus 3 coniunctiones
maiores Saturni et Iovis 240 annorum et multiplicitas
res Saturni et martis 30 annorum et etiam plures
alie de quibus dicit ptolomeus in centiloquio verbo 11 ne
obliviscaris 120 coniunctionum que sunt in stellis erraticis
bus, in illis enim est maior scientia eorum que fiunt in
hoc mundo, Et ibi distinguit haly eorum duas, quod
quedam sunt binarie id est duorum planetarum, quedam ternarie
trine quaternarie quatuor, quinarie quinque, senarie
sex, septenarie septem id est omnium planetarum, Item etiam
inter quaslibet duas coniunctiones maximas est ad minus
una revolutio orbis [illegible] in 640 annis Sunt
etiam plures revolutiones magni orbis in 360 annis
Sunt insuper plures revolutiones Saturni [illegible] quibus
secundum albumasar ut infra dicetur, que fiunt in 300
annis, que omnia magna sunt significatorum in muta
tionibus sectarum et regnorum et aliorum magnorum effectuum
secundum doctrinam maiorum astronomorum, Et ideo non solum maxi
mas et notabilissimas alterationes et mutationes ad
quas predicte coniunctiones forte ducunt sicut apparet ex histo
riis et cronicis inferius annotabo, sed etiam quasque
plures et nobiles inter medias quas alie coniunctiones
et revolutiones significare et efficere potuerunt In hiis
/ predicte

tame lectorem cupimus esse premonitum quod nil fatali necessitati ascribimus sed naturali causalitati et inclinationi. Cui libera arbitrium in hiis que sue subiciuntur facultati post dei auxilium curam noverimus resistere ipsa quoque divina omnipotentia solo voluntatis imperio effectiue obediat. Deque licet septimum post omnia quecumque voluit fecit, tamen disposuit tamen causis secundis naturaliter operari, nisi ubi miraculosa operatio intervenerit, quam cito sine rationali ducte credere magis est temerarie levitatis, quam theologice firmitatis vel sanitatis. Hiis itaque premissis id quod propositum est exequamur.

Res coniunctiones maximas ante diluvium fuisse diximus, et per eas annos inferius annotatur vel circiter, primam videlicet anno a principio mundi 320, 2am anno 1280, 3am anno 2240 et hec fuisse secundum dictum arabis astronomi per duos annos vel circiter ante diluvium, licet autem de annis mundi usque tunc varie fuerint opiniones computantium in auctoribus et in dicto tractatu notavimus, tamen computacionem sequor, quam secundum bibliam probabiliorem, et dictis coniunctionibus magis conformem credimus videlicet quod a mundi principio usque ad diluvium fuerunt anni 2242 vel circiter, quod eo circiter dixi, quia anni predicti non fuerunt tamen precise adequati secundum prius dictum per tablas alfonsi. Sed tamen equales et maiores coniunctiones secundum quorundam astronomorum opinionem fuerunt circa ipsa dictarum coniunctionum non distincte et particulariter, sed per confuse et equaliter rationem volumus et causis superioribus, propter discordiam in computatione annorum mundi et etiam cum ut prius dictum est, Ideo quia de gestis ante diluvium nulla est hystoria vel cronica que annos distincte et particulariter notaverit, sed de illis nisi hoc dumtaxat scriptura sacra videlicet moysi hystoriam cronica quia ipse moyses legislator secundum dictum hystoria scolastica multum breviter generationes adcurrit, et multa

pertinet festinos ad tempora Abrahe patris hebreorum. Et
ia a tempore Abrahe usque Cronicas magis pertractant
loqui poterimus, hec autem quantum sufficiat transire

Iterum ergo sequentes historiam Scolasticam, quod Adam
et Eva secundum Methodium virgines egressi sunt de
paradiso, et in anno vite Ade quindecimo natus
est Cayn, licet Adam factus fuit quasi in etate 30
annorum, et potuit ante Cayn multos genuisse qui tacentur
post alios autem 15 annos natus fuit Abel, anno Ade 130
Cayn occidit Abel et tunc ei natus est Seth 30o anno
post Ciliadem secundum Methodium, qui distinguit secula i. etates
mundi per Ciliades 1000 annorum, et incohat secula post 200
Ade, et in hoc consonat Lxx interpretes et Josephus, qui
quod Adam 230 annorum fuisse scribunt quando genuit Seth,
et forte Moyses centum annos luctus Ade non sine misterio
pretermisit. Hic ergo attende mortis pro Abel mandate et
misericordie initarum initium. Cum tunc post successit
una maior generatio, quia secula est prima generatio
maxima preposita. Circa cuius tempora ante et post ea sunt
notanda que circa alterum mundi septa sunt generaciat

Cognovit igitur Cayn uxorem que peperit Enoch
a quo vocat Ciuitatem que ab ipso prima edifi
cata est. Unde patet quod multi iam erant homines, licet
non exprimatur eorum generatio, quod quod Cayn et
eorum auxilio urbem fecit. Et dicit Josephus quod rapinis
et violentiis congregans opes ad lasciviam incitabat
et simplicitatem vite hominum ad inventionem mensurarum et pon
derum permutavit, et ad calliditatem et corruptionem perduxit.
Terminos terre primus posuit, civitates munivit
et homines quos ledebat, ob securitatem opes in urbibus
colligebat. Porro Enoch genuit Yrad qui Mauiael
qui Mathusael qui Lameth qui septimus ab Adam, et peperit

primus bigamiam introduxit, duasque uxores accepit,
ex quibus plurimos filios procreavit. Duo parentum
inventores: Iabel invenit tentoria pastorum, et plura-
rum pascua ordinavit. Iubal frater eius fuit pater canen-
tium in cithara et organo, non instrumentorum inventor
sed musice, quam scripsit in duabus columpnis, una mar-
morea ut non dissolveretur diluvio, altera lateritia
ut non dissolveretur incendio, quia de hiis Adam audivit
prophetasse. Tubalcaym primus ferrariam artem invenit, res
bellicas exercuit, sculpturas in metallis fabricavit; cui fa-
bricante, Tubal porro malleorum delectatus, ex ponderibus
eorum et proportione consonancias excogitavit, quarum inventionem
Greci Pithagore attribuunt fabulose. Soror vero Tubalcaym
invenit artem varie texture.

Ceterum de generationibus Seth breviter dicendum est. Seth
itaque genuit Enos, qui Caynan, qui Malale-
el, qui Iared, qui Enoch, qui Mathusale,
qui Lameth, qui Noe. Sed ipse in generatione Adam
septimus Lameth pessimus fuit, ita in generationibus piorum
septimus fuit Enoch, quem transtulit Deus in locum vo-
luptatis, ut in fine temporis convertat cum Helia patrum in
filios. Iudei tamen dicunt tamen hic translacionem attribuendam
potius numero septenario quam sanctitati eius, quia plures
leguntur sanctiores eo, quorum nullus translatus est, quia aiunt
omnia sub septenario disposuisse. De annis autem Mathu-
salem dicitur sub opinione, nam secundum computacionem LXX inter-
pretum ix annis post diluvium vixit, quod non videtur
verum, quia non legitur in archa fuisse nec translatus ut
Enoch. Ceterum dicunt quod mortuus fuit ante diluvium
septem annis. Ieronimus vero asserit quod eodem anno quo fuit
diluvium, tamen cum annis in numero annorum vite eius concurrit
usque in 969 annis. Verum patet secundum premissa quod ipse
mediam aetatem generationum maximam natus est et
post tertiam mortuus secundum Ieronimum

oe vero cum esset 500 annorum, genuit Sem
n Cham et Iaphet, Moyses autem dilutum di-
luuio premisit causam eius, quod cum cepissent ho-
mines multiplicari super terram, videntes filii
dei id est filii Seth et religiosi filias hominum id est de stirpe
Caym, et victi concupiscentia acceperunt de eis uxores
et nati sunt inde gygantes. Utrum autem hic sermo fuit
verum secundum Noe vel non, non determinat. Josephus autem
dicit quod usque ad septimam generationem boni remanserunt
filii Seth. Post ad malum prolapsi sunt, et ideo
dum cum eis se miscuerunt, nam multi angeli dei id est de-
mones incubi mulieribus ad coeuntes maiores
filios genuerunt qui propter differentiam in formis et
generis gygantes dicti sunt. Methodius tamen dilu-
uii hominum peccata diffusius exequitur et tempora pri-
liade designat ut patet in historia scolastica.
Post diluvium vero nati sunt alii gygantes in Ebron
et pyramides fuerunt in cisterna civitate Egipti a quibus
dicti sunt Titanes, de quorum stirpe fuerunt Enachim,
cuius filii habitaverunt in Ebron, de quibus ortus
est Goliath et quidam alii. Iratus itaque dominus pro
peccatis hominum dixit: Penitet me fecisse hominem.
Et ad Noe ait: Finis universe carnis venit coram
me. Dedit quod tempus ad penitentiam 120 annorum.
Et hoc dixit dominus. Ante igitur archa incepit fieri
secundum Ieronimum, que facta est 100 annis. In parte
quod terra hoc tempus facta est ante diluvium, tercia maxima co-
motio quasi mirabiles alterationes mundi facte sunt
inter quas precipue fuit diluvium inundationis,
cuius dictam causam fuisse extitisse notavimus.

oe igitur fabricata archa secundum preceptum domini
600 anno vite sue ingressus est eam cum
omnibus animantibus que dixerat ei dominus, que

angeloru ministerio adducta sunt mense 2o die 17 q
ab hebreis vasan dr a latinis marius / mense vo
in legittimis nisan i aprilem primu mensem consti
tuit s. Josephu in aliis vo vsuale mensum ordi
navit ingressus aut Noe archam pluit super
terram 40 diebz et 40 noctibz et excrevit sup
omnes motes aqua 17 cubitis et ita exaltata est
sup terras 170 diebz Et postea reperunt aque m
mi mense septio ita qz 27 die mensis requievit
archa sup motes armenie ubi adhuc eius
reliquie ostendunt / huius aut diluvii et arche ut
ait Josephus memoriam faciunt cuncti qui barbaras
hystorias conscripserunt pd berosus Caldeus et Egip
tius hystoricus Manassas qz Damascenus Anno
601 vite noe mense 2o 27 die mensis precepto
domini egressus est de archa noe eadem die qua
ingressus fuerat revoluto anno s. hystoriam scolastic
Et ut Josephus refert pepigit cu eo deus qz ultra
no fiat diluvium et in signum huius federis posuit arcu
suu i nubibus Cepit qz noe exercere terram et plantat
vineam bibens qz vinum s ignorans vim eius i ebriatus
est et obdormiens denudatus Et cu vidisset verenda
patris sui irridens nunciat hic filiis suis propter quod
noe maledixit eu no in se s in filio suo et eius
semine ut omnes de Semine s eos qui de Canaan
sunt post pridem eos in cultu unius dei no esse p
mansuros pd alii postea impleti sunt dies noe 950
anni et mortuus est Et ait Josephus qz neo putet
falsa que de aliquorum longevitate scripta sunt s propter
virtutes et glosas utiliores quas magis scrutabantur
i geometriam et astrologiam deus amplius vivendi
spacia donavit que discere no potuissent nisi 600
vixerunt annos vii s ab antiqs istis pathus usque
scium ad posteros derivatum

Capitulatur autem generacionibus noe deuenit exeunt
12 generaciones 17 de Iafet Japheth 30 de
Cham 21 de Sem hii tres dispersati sunt
in tribus partibus orbis. scilicet alamin Sem asiam
Cham affricam Japheth Europam sortitus est. Josephus
autem hec diuisorum terrarum expressius assignat et Ysidorus libro
9o ethimologiarum ... 12 a quibus diuisa est terra tot idemque
linguas perclarauit vtilitatis gratia descripsit. Narrat autem quidam
quod ex tribus filiis noe adhuc noe viuente nati
vltra 24000 virorum extra mulieres et paruulos sunt
sub quibus sunt tres duces quos prefixerunt. Et de hiis tribus centen-
tes dicemus de Nemroth qui cepit esse potens in terra
potens et robustus venator hominum i. extinctor et op-
pressor amore dominandi et cogebat homines ignem
adorare. Cuius tempore cepit primus regnare. Venit me-
thodius agens de Jonito filio noe quem 100 anno
3o diluuii ei natus est et dedit eum Jonitum cui 100
anno dedit noe donacionem et misit eum in terram
Ethan et intrauit vsque ad Solis ortum terram
a deo donum sapiencie et inuenit astronomiam ad quem Nemroth
dux tribuum gigantum eruditus est et accepit ab eo
consilium in quibus regnare posset. Iste enim Jonitus
quosdam futuros eventus predixit eventus et maxime de
ortu quatuor regnorum et occasu eorum per successiones
quod etiam prophetat Daniel et predixit quod primi regna-
uerunt de Cham de quo Belus descendit primus. De
Sem Medi perse et Greci post de Iafeth Romani
Ideo Nemroth sollicitabat alios ad dominandum. Unde accr-
euit Cham et regnauit inter eos in Babilone etc.

Post obitum Noe ab oriente venerunt duces
in unum campum Sennaar et timentes diluvium
cum principe Nemroth volentes regnare ceperunt edi-
ficare turrim que pertingeret usque ad celos. Angeli autem
iussu dei destruxerunt eam et per eam voce unusquisque
partiti sunt. Propterea Babilonie civitas vocatur
Babel id est confusione. De hac turri meminit Sibilla
et de campo Sennaar Eusebius.

Iste vero Nemroth vi expulit Assur de terra Sen-
naar et de turre que eius erat iure heredi-
tario. Regnum quod habuerunt Babilonii qui
de stirpe erant Nemroth usque ad xx Cilia de in
vide Belus Nemrothides iniuit Assiriam sed parum
obtinuit in ea, quo mortuo filius eius Ninus eam
totam possedit et civitatem in qua erat caput regni
itinere trium dierum ampliavit et a suo nomine Niniven
dixit. Unde est quod quedam historie dicunt regnum Assiriorum
cepisse ab antiquo Belo, quod verum est quantum ad initium;
alii ut Eusebius dicunt cepisse a Nino quod verum est
quantum ad regni ampliationem. Ninus autem vicit Cham
qui adhuc vivebat et regebat in Bractria et
dicebatur Zoroastes inventor artis magice qui et
septem artes liberales in xiiii columpnis scripsit, in
eneis et in latericiis contra utrumque diluvium. Ninus
eos libros eius combussit. Ab hoc autem Nino orta
fuit ydolatria quia mortuo Belo patre suo in solatium
doloris ymaginem patris fecit eiusdem, cui tantam exhi-
bebat reverentiam ut omnibus reis qui ad eam fugissent
parceret, et homines regi suo divinos honores ymagini
ceperunt impendere. Eius ergo error in plures nationes
invaluit. Hoc ergo adverte quod terra ista tempus magica et
et ydolatria vicium ortum habuerunt. Et hoc

fuit tercia etas que continet mane modicum an ut pa
tebit postea

Et de generatione Sem aliquid dicendum est ut
venias ad abraham Sem igitur 100 annorum
erat cum genuit arphaxat qui salem
qui hebar a quo hebrei dicti sunt secundum Jose
phum sed augustinus dicit multo querit utrum ab heber
dicti sunt hebrei vel ab abraham quasi habrei Heber
autem genuit phalet cuius in tempore divisio est in
diebus eius pro divisione linguarum divise sunt gentes
et divisio terrarum facta est Sed scripto proprie dicitur facta
est in isto et filius eius remanente antiqua lingua
videlicet hebrea alii abeo est divisa unde lingua he
brea an divisio linguarum non dicebatur hebrea
sed humana simpliciter quia ea omnes homines utebantur
Phalet autem genuit Reu. Reu Ragau qui Saruch
qui Nachor qui Thare in quo terminata est eta
tis que hic usque ad nativitatem habree extenditur Tha
re autem genuit abraham et hic natus est ipso tempore
ante continet mane ut sequentia declarabunt

Quartam continet et mariam finisse dicitur
anno a principio mundi 3200 a diluvio vero
978 in tercia Sciendum est autem quod Enzebius
Cronicam suam incepit a primo anno habree
sicut in prologo Cronice quam deinceps prosequitur pro
nunc qui a nativitate habree per prologum Cronice
patet usque ad totius orbis diluvium numerat annos 992
.i. quam computacionem patet quod habraam an dictum continetur
natus est tercia per annos 16 nunc an eam sitis
ipse magne regnorum mutaciones facte sunt quia primo enim

Hic exceptis Indis regnavit Ninus Beli filius. Cuius
Nini temporibus Zoroastes magus rex Bactrianorum clarus
habitus est adversus quem idem Ninus dimicavit. In cuius
Nini imperio apud hebreos nascitur Abraham, cuius
etatis anno primo qui imperii erat annus Nini 43. Eodem
Nino regnante apud assirios in Grecia 29 in Si
cionis imperavit Europs. Cuius regni anno 22 natus
est Abraham apud Egiptios anno 16 primus erat qui
vocat dinastiam quo ipse regebat thebei qui prefuerunt
Egiptiis annis 190. Post vero assiriis imperavit Se
miramis uxor Nini de qua innumerabilia narrantur que
et eam tenuit plurima babilonie instauras. Cuius
tempore post dictum genitorem Abraham natus Caldeus
apud hebreos unam etatem ~~texuit~~ texuit.

[C]onstitui convenit insignia Abrahe gesta innotu
erat. Nam Abraham cum 75 esset annorum
divino dignus habetur alloquio et cum repro
missione que ad eum facta est a qua repromissione
originem trahit omnis lex seu secta divina tam
mosaica quam Cristiana. Nam a dicto anno Abrahe
usque ad moysen et egressum de Egypto gentis he
breorum supputantur anni 430, quorum apostolus paulus me-
minit ipse quoque moyses in exodo hanc videlicet vice, quod
lex mosaica ab illa repromissione ortum sumpsit. quod
etiam de lege Cristiana dicitur Eusebius declarat
qui aut post omnium prophetarum Abrahe tunc in figura
repromisset Cananeam vocationem gentium pollicetur, quam
nunc ipse filius dei deduxit ad finem per Evangelium
in omnes gentes predicatum.

[A]braham autem cum esset 86 annorum ante dictam re
promissionem ex ancilla agar genuit ysmael

a quo ysmaelitarum genus qui postea agareni et ad posterum Saraceni filio nomine dicti sunt postquam vero repromissionem Abraham tunc 100 annorum centum genuit ex libera filium ysaac cuius nativitati supervixit annis 75 Ysaac autem sexagenarius nascuntur filii gemini primus Esau qui et Edom quo gemini ydumeorum diende Jacob qui et Israel a quo israhelite qui cum Ciuus anni numerantur usque ad principatum filii sui Nomen 121 cuius temporibus regnum Argivorum exordium quorum primus Jnachus apud argivos regnavit quorum inveniuntur omne tempus annorum 382

Abraham autem annorum 175 obiit repromissione ad se facta anno 100 anno ysaac 75 quo tempore Apis in Egypto primum deus putatus est quem Serapim vocaverunt Anno autem 170 ysaac anno vero 92 Jacob natus est Joseph postea ysaac 180 annorum defungitur filium Jacob habente annos 120 Joseph autem dominus Egipti constitutus cum esset annorum 30 vixit cum annos 80 cuius pater cum senex anno fratribus ingressus esset Egiptum interrogatus a pharaone quot annorum agere respondit se esse annorum 130 Et sic attende tota eius tempus aliquam quantitatem fuisse que huius famis seu sterilitatis esse potuit

Ex tunc ad moysi tempora transeamus qui ut predictum est a repromissione facta Abrahe de Egipto egressus est anno 430 cuius tempore regnum Atheniensium suscepit exordium que nunc Attica nuncupatur In qua primus regnavit Cicrops quo regnante primum in Attica oliva nata est et ex minerve nomine que grece dicta est Athena ipse quam primus bovem immolans Jove appellavit et

Europa ab eo Rege appellata est

Jt ait signater adiute qd Euzebius i prologo
sue Cronice con porphirium impium p o
peris sui li°, diffinite ppu̇s om̄ de Europe
ut dictum est Moysi tocianum fuisse, et an-
te troyanum bellum 350 annis quo Moyses a
bus quos ystos antiquissimos putat senior depre
ditur, homero videlicet et crodotho troyano qz
bello, ac multum prior hercule, museo lino chi
rone orfeo - Castore, polluce Esculapio libro mer
curio appolline et ceteris diis gentium Sacris qz vel
vatibus ipsius qz Jouis gestis que Grecia in arce
diuinitatis collocauit, nam hic Europe prius ut dictum est
Jone appellauit Silentus ipsi aram statuit victimas
ymolauit Regnaqz istius modi rebus in Grecia vnique
visis. Cetera vero que apud Grecos mira iactatur
posteriora Europis ante deprehedunt et quod moysi
quo cum eis fuit prius fuit cum de stellis dilum fo
dentaliter Inuenim sub fetute Erictheonis Vonlcam
et Troye filius Dardarnusque Dardania condidit
de quo homerus que prius genuit celesti Jupiter
arte liberis qz raptus et europe ceteris atqz ipsius
deluburu in elesina farmeta triphem regum troy
Camgedy natu germanus ad pocula raptum viua Jo
iath magnis voluerunt fundere mesle. Cuius tempore qz
Latuly qz et Ceay fuerunt et Apollo natus est, prius
quos Cadmus thebas reget qui Semele genuit
de qua pulcarima proles liber codigna prius tulit
edicta Pugge porto cum ceta Zothus et amphion
musesque orphes amnos presens Esculapius gemini
Castores hercules cui quo appollo seruiuit adiuncto
prius ducentesim annis Europis fuerunt prius quam facta est
Troyane vrbis euersio, qua homerus longo post tempore natus

Homerus autem Solone et Thalete Milesio ceteris-
que qui cum hiis septem sapientes appellati sunt multo
prior reperitur. Deinde vero Pitagoras qui se non sa-
pientem ut priores sed philosophum id est amatorem sapientie dici voluit.
Quem secutus est Socrates qui Platonem erudivit ac
famosa in partes philosophia divisa est. Hos autem philosophos
in suis Eusebius locis inseruit secundum ordinem hystorie.
Ad multa igitur de hiis mirabilibus mundi que hic inseruntur tetigi
quamvis plurimaque alia de quibus satis narrat hystoria
que hic referuntur quia frequentes contingere potuerunt coniunctiones
maiores, Revolutionesque Saturni que a quarta usque ad
quintam coniunctionem maximam intervenerit. Quod etiam visibile est
ex excisione Troyane principales tales fuisse quia processerunt
diluvium secundum Deucalionem in Tessalia et incendium secundum Fetontem
in ethiopia quoque multe pestilencie locales ut Plato
memorat profuerunt.

[A]dhuc vivente Moyse Lacedemo conditor
a Lacedemone Semele filio Erichthonius
Vulcani et Minerve filius qui ab Homero Eri-
theus vocatur. Hiis temporibus fuit Archas etiam
filius Jovis et Calisto Pelasgis in dicionem redactis
regionem eorum Archadiam nuncupavit. Egiptus que prius Aeria
dicebatur ab Egipto tunc sibi eo regnante accepit nomen.
Datum est regnum tertio Danao. Eisdem temporibus Dardanus
Jovis filius condidit Dardaniam. Quo tempore Moyses
obiit cum 120 esset annorum. Circa idem tempus Argis
regnat Stelenus quem cum Argivi de imperio pepu-
lissent regnum Danao tradiderunt. Ita filii Argos
Danaus vendicant expulso Egipto. Huiusque quinque
libri Moysi continent gesta annorum 3730 secundum 70 interpretes.

Interpretacio hebreorum Post moisen constitutus Ihesus et eius
tempore apud eos Eleazar suscepit pontificatum et post eos
alii quos sacra commemorat hystoria ad quam de hiis remit-
timus lectores autem quod post Aoth hebrei ab alienis di-
cione redacti sunt annis 20 qui congruunt temporibus Delbore
et Barath scilicet iudicum hebreorum Circa id tempus Linda
regnat in Affrica In Dardania vero regnat Ylus
filius Troy a quo Ylium est nuncupatum Tunc Argivorum
reges defecerunt qui imperaverunt annis 7 l x Inde Mi-
cenas Argivorum translato imperio Cui primus prefuit
Euristeus hebreorum iudice Abimalech filio Gede-
onis annis tribus successit ei Thola annis 22 Circa id
tempus Hercules Antheum interfecit Ylium vastavit
Porro in Dardania post Laomedontem regnat Priamus
Theseus Helenam rapuit Hercules cum in morbum
incidisset pestilentem ob remedium dolorum se iecit in
flammas anno sue etatis 72 Imperante Micenis
Agamenone Menelao vero in Lacedemone quo tempore
hebreorum iudex Iepte prefuit annis septem qui precessit
capte annis sex qui in libro iudicum ab etate Moysi
usque ad principium eius computantur annos 300

a Anno tercio regis Menelai capta est Troya nam ra-
pta Helena Troyanum bellum decennale sur-
rexit causa mali tamen mulierum de pulcritudine
certatum primum fuit Hoc tempore hebreorum iudex
Labdon prefuit annis 8 Tunc vero Troya per decennale
certamen et cedes infinitas ad ultimum proditione ci-
vium capta et destructa est A cuius captivitate usque ad
nativitatem Moysi colliguntur anni 4 1 0 usque vero ultimam
Nini etatem numerantur anni 8 3 2 Circa quod tempus
natus est Abraham unde patet quod hec Troye captivitas 100
et amplius annis 7 ar maxima gentium precessit Ab hiis

vero Regnum latinorum quod postea Romanum nuncupatum est exor-
dium post apud quos Eneas a troya profugus et yta-
lia petens post tercium annum captivitatis Troye sive ut quidam
dicunt post secundum regnavit annis tribus Cum autem cum regnasset
ibi Janus Saturnus picus faunus latinus tunc annis 170
Post lapsum in idolatriam Judeorum eos in dicione redigunt ali-
genigene annis 40 quod completur temporibus iudicum posteriorum
scilicet iudicum iudicavit postea hebreorum iudex Sampson
annis 20 qui fortissimus omnium fuit ita ut Achillis
facta eius cum gestis herculis comparantur post Sampsonem prefuit
populo hebreorum heli sacerdos annis 40 scilicet hebreorum quo tempore
Ascanius Enee filius Lavinie noverce sue regno Lavi-
nii Albam condidit qui Julium filium procreavit a quo
familia Juliorum orta est et propter etatem parvuli quia nondum
regendis civibus ydoneus erat Silvium postumum fratrem
suum regni reliquit heredem hic quoque post mortem Enee patris
sui editus ruri fuerat educatus et Silvius et postumi
nomen accepit a quo omnes reges Albanorum Silvii vocati
sunt Hic Siciniorum reges defecerunt qui regnaverunt
annis 962 post quos sacerdotes Carni constituti
sunt qui prefuerunt annis 33 Defecit etiam regnum Athe-
mentium quod a tempore inventi annis 429 Ex
quibus manifeste patet terra hec tempora quinta maxima generacione
fuisse etc

Et prima generacio maxima durans tunc anno a principio
mundi 4160 a diluvio vero anno 1918
nulla ipse ante aut habet generacionem quintam
et ipse eciam magis iam regnorum mutaciones
protestasse notamus et post eam magis Assyriorum inferius
dicenda manifestat Mortuo enim heli sacerdote de quo

Supra archa testamenti ab alienis possidetur. Post ea Sa-
muel propheta et Saul primus rex Hebreorum prefuit
populo annis 40. Hic exordium regum Lacedemoniorum in quo
primus regnavit Euristeus et Corinthiorum in quo primus
regnavit Alethes. Homerus quem huius temporibus fuisse indicatur
de quo apud veteres magna dissonancia fuit. Post ea
Hebreorum rex primus de tribu Juda David regnavit
annis 40 quo tempore prophetabat Gad Nathan Asaph.
Idem Cartago condita est ut quidam volunt a Cartho-
done Tirio, ut vero alii a Didone filia eius anno 143°
post Troyanum bellum. Post hec annis circiter 20 Hebreorum
rex Salomon filius David regnavit annis 40 qui templum
in Jerosolimis edificavit. Consummatum est opus anno 9°. Col-
liguntur ergo de tempore a Moyse et egressu filiorum Israel
de Egipto usque ad predictum annum 480 ut quorum-
libet temporum testatur. A diluvio usque ad Moysen 1447
Ab Adam usque ad diluvium anni 2242 fuerunt
simul omnes anni 4160

Post mortem Salomonis seditione orta inter gentem
Judeorum et regno diviso Roboam filius Sa-
lomonis regnavit annis 17 in Jerusalem duabus
tribubus sibi subiectis que vocabatur Juda. Alie vero
qui ex Juda semper desciverunt 10 autem tribubus
que in Samaria erat et vocabatur Israel. Regnavit
primus Jeroboam annis 22 quo tempore rex Egipti contra
Judeos dimicans templum spoliavit. Post ea vero annos
circiter 62 regnante apud Judeos super Jeroboam Sar-
danapallus Tarsum atque Anchiale urbes condidit
et in prelio victus ab Arbace Medo se ipsum incendio
concremavit et in eo regnum Assiriorum deletum est. Usque
ad id tempus reges Assiriorum fuisse historia refert et
fuit simul anni regni Assiriorum a primo anno Nini 1240

Arbaces vero medus Assiriorum regum imperio destructo regnum in medos transtulit. Macedonum quoque regnum tunc sumpsit exordium, in quo primus Caranus regnavit. Circa hoc tempus prophetabat apud hebreos Osee Amos Ysaias Jonas. Ligurgi leges in lacedemonia hac etate suscepte sunt. Hoc tempore numitor procate quondam latinorum regis maior filius a fratre amulio regno pulsus in agro suo vixit. Cuius filia adima postquam quasi virgo vestalis offerta que tunc geminos edidisset infantes iuxta legem in terra viva defossa est. Dictorum pueros iuxta ripam tiberis expositos fatulus pastor uxori sue detulit que propter pulcritudinem et rapacitatem tocius questuosi lupa a vicinis appellabatur. Unde ad nostram adhuc usque memoriam meretricum cellule lupanaria appellantur. Pueri vero cum adolevissent collecta pastorum et latronum manu interfecto apud albam Amulio avum in regnum restituunt. Cito post lidorum regnum exordium cepit in quo primus regnavit aliathes. Hic lacedemoniorum reges desierunt et hucusque Eusebii Cronica per decadas 124 digesta est. Ab hinc olimpiades distincta anni 407, qua etate Joatham regnabat in Jerusalem, et prophetabat Osee Johel Ysaias Obeth.

Europe. Hoc tempus Roma condita est anno mundi 4484 in qua primus Romulus regnavit. Sabine rapte sunt anno ab urbe condita 3o et hic regnum Romanorum sumpsit exordium quod prius latinorum nomen habuit, nam ubi nunc reges sunt Roma est latini reges prius edificaverunt civitatem, sed etiam appellatur Romulus et muros cinxit de quibus lucius conterraneo primi maduerunt sanguine muri, quia ibi Remus interfectus est frater Romuli. Hoc tempore Romuli, Plutus Regum istius

fuit Osee in quo regnum Israel defecit et captivitas per-
fecta est. Decem namque tribus gentis Iudaice que vocabantur
Israel et erant in partibus Samarie capte a Salmanasar
rege Caldeorum translate sunt in montes Medorum.
Regnatum quidem in Samaria annis 270. Postea autem rex
Caldeorum ad custodiendum regionem Iudee accolas misit
Assirios, qui Samarite vocati sunt, quod in latina lingua
exprimitur custodes. Cultores quidem inde leges facti
sunt. Romulus apud paludes Capree missus comparuit
et Iulio Proculo, qui Quirinus nominatus apud
suos consecratus est. Cui successit Numa Pompilius.
Qui duos menses anno addidit Ianuarium et
Februarium. Capitolium quoque a fundamentis edificavit.
Hic nullum cum finitimis bellum gessit. Cuius tempore Sibilla
Samia insignis habebatur. Manasses quoque rex Hebreorum
impius Ysaiam prophetam interfecit, statuasque ydola in
templo posuit. Per circa annos circiter 33 32 alternis
reges et principes defecerunt, post quos alternis
annis principes constituti sunt et novem consilio
tribunus electi profecerunt. Per hec tempora Ieremias prophetabat
et Sophonias.

a nno 3o Ioachim regis Iude Nabuchodonosor
rex Babilonie Iudeam cepit et Iudeam
tributariam redactis multis Iudeorum cum certa parte templi
vasorum incarceravit et tributum fecit ipse Ioachim vivere
de patria recessit. Et tunc in Babilone Daniel, Ananias,
Azarias, Misael clari habentur. Post Ioachim regnavit
Sedechias, quem rex Babilonie captivum in Babiloniam
duxit oculosque eius eruit. Prophetabat tunc Ieremias
et Baruch. Post circa consumpta est captivitas Iudeorum. Regis
Nabuchodonosor rex Caldeorum Ierosolimam cepit, templum
incendit quod ab initio edificacionis sue mansserat annis 442

Et presencat desolacio templi per annos 70 usque in 2m annum
Darij, sic quod Jerusalem capta ab Assiriis in decem
regum defecit. Expressius tamen patet quod a diluvio fuerunt
anni 1921 usque ad primam edificacionem templi atque usque
ad eius destructionem ut dictum est fuerunt anni 442 qui
simul sunt anni 2369. Cum computacionem tutoribus [illegible]
Alfonsi quod post diluvium usque ad nabugodonosor 2377 annos
in mensibus nichil dies 10. Et non dicit aperta co
putacione nisi de 12 annis quod invenire potuerunt a primo
regis Nabugodonosor usque ad dictam destructionem templi. Mortuo
nabugodonosor babiloniorum uno intermedio successit filius eius
Baltasar, sub quo Daniel eam scripturam que in pariete
apparuit interpretatus est, significante imperium in Medos
et Parsos transferendum, cito post Cirus medorum destruxit
imperium, qui captivitate hebreorum laxata 7000 fere hominum
regredi fecit in Iudeam qui constructo altari templi funda
menta iecerunt. Sed impedientibus vicinis gentibus infectum
opus usque ad Darium permansit. Colliguntur autem hoc
tempus captivitatis iudeorum anni 70, qui scilicet computantur a 3o anno
Ioachim usque ad 2o annum Darij regis persarum computate
prophetabat tunc apud Iudeam Aggeus et Zacharias.

Egipciorum dinastia 21 Regibus Egipciis defi
cientibus Regnum Egipti persis cessit, quod obtinuit
Cambises et post eum usque ad Darium filium
Persis annis 111. Anno vero 2o Darij templum
in Jerusalem extruitur a Zorobabel consummatur quod opus annis
46 quod post sub Ciro exordium habuit. Cirum rege thami
ris Regina Massagetarum interfecit anno 29 Regni
successit in Regno Cambises filius eius quem aiunt ab
hebreis 2m Nabugodonosor sub quo inducit hystoria Iudit et
olofernis

Romanorum Reges prophetantibus apud Judeos
v Aggeo et Zacharia desierunt, et ceperunt Con
sules pulsis urbe Regibus vix tunc usque ad
17 lapidem Roma tenebat imperium Romanorum
Reges 7 a Romulo imperaverunt usque ad Tarquinium superbum
annis 240 vel 243, postmodum consules a Bruto esse ce
perunt deinde tribuni plebis ac dictatores et iterum
consules R. p. obtinuerunt per annos 464 usque ad
Julium Cezarem, primus singulariter arripuit imperium Olim
piade 182 census Rome agitatus inventa sunt hominum
120000 Tempore quo tribuni plebis Rome facti sunt
creatis consulibus Neemias hebreus minister
Arthaxersis Regis, concedente domino pro 20 eius anno
de Babilone venit Judeam, et 32 anno muros urbisque
restituit hucusque divine scripture annales tempora continent
Ea que apud eos postea gesta sunt prosequimur
Eusebius ex libro machabeorum et Josephi et Affri
cani scriptis qui deinceps universam hystoriam
usque Romana tempora descripserunt, Neemia qui muros
Jerusalem construxit consummasse opus anno 32 Arthaxersis
Regis persarum Esdras commemorat Si quis autem ab isto
tempore 70 ebdomadas a Daniele conceptas numeret
que faciunt annos 490, reperiet eas in Regno Neronis
expletas sub quo Jerusalem obsidio cepta, 20 postea Vespa
siani anno capta postea Titus per 20 annos Egyptus
a persis recessit et regnavit in ea amartheus Cito
post Artaxersem Darii filii persarum 119 regnavit, sub quo
hystoria que in hester legitur completa, nam ab hebreis
Assuerus et 70 interpretibus Artarxersis vocatur
Socrates Hec hec tempora Socrates Democritus Diogenes
Tymotheus Speusippus insignes habentur Galli senones
Romam invaserunt excepto capitolio, posito deinde
plerunque agnoscitur, quo tempore Romani militatus Rome pro

Consulibus esse reperiuntur. Eo tempore magno terre motu plures urbes absorpte sunt. Per ea Aristoteles 18 sue etatis anno Platonis auditor efficitur. Camillus Gallos qui bellum Romanis intulerat superat. Quo tempore Dionisius Sicilia pellitur. Ochus autem a pedis mo Iudeorum capto in Ircaniam accolas translatos iuxta mare Caspium collocauit.

Alexander Philippi et Olimpiadis filius nascitur 106 Olimpiade. Dionisius Syracusis intrauit. Cuius filius Syracusis tirannidem exercet. Ochus per ea Egiptum tenuit Nectanabo in Ethiopiam pulso in Egipto regnum destitutum est. Romani Gallos superant. Platone mortuo Speusippus qui Achademiam Speusippus tenuit. Per ea descriptione Rome facta inventa sunt ciuium 160000. Speusippus moritur. Cui successit Zenocrates sub Olimpiade macedonum. Alexander Philippi filius regnat annis 12 mensibus 6. Qui capta Tyro Iudeam inuadet. Aquila fenora blit accepta. Deo victimas ymmolat et pontifice templi honoribus plurimis prosequitur. Andromacho locorum custode dimisso quem per ea Samaritani interfecerunt. Obpitans ab Egipto reversus Alexander magnus eos suppliciis afficit. Et urbe eorum capta macedonibus ad inhabitandum tradidit. Alexandria in Egipto ab Alexandro condita anno 1º regni eius. Quo tempore etiam Latini a Romanis perdomiti sunt.

Alexander optinuit Babilonem interfecto Dario in quo regnum Persarum destitutum est et regnauit Asie anno sui regni 1º et tenet omnia regna usque in Indiam. Ubi subiecta Hyrcanos et Mardos capit. Inde Amnem transgreditur. Bellaque plurima in India prosequitur. Ipse vero 32º etatis sue anno

[P]ostquam Alexander magnus rex macedonum in Babilone moritur, post quem translato in plures imperio diversi regnaverunt, nam in Egipto ptolomeus lagi filius regnavit, macedonibus philippus frater alexandri, Siriam et Ciliciam et hellespontum lisimachus tenuit. ptolomeus lagi filius Jerosolimam et Judeam in deditionem accepit et de Samaria plurimos captivos in Egiptum transtulit. Theofrastus philosophus agnoscitur, qui a divinitate loquendi ut ait Cicero nomen accepit. machabeorum historia Grecorum supputat regnum, verum hii libri inter divinas scripturas non recipiuntur ut ait Eusebius. Seleucus Antiochiam, laodiciam, appamiam et ipsam Berotham, et pellam urbes condidit. Ipse quoque Babilonem optinuit. Hac et tempora tensu Rome agitato inventa sunt Romanorum 2/1 0 0 0 0. Legati alexandri tunc a ptolomeo primum Romam missi amicicias impetraverunt. Seleucus in eas urbes quas exstruxerat Judeos transtulit et honoravit. Ipseque in Cilicia Demetrio Severo victo Sirie et Asie preest imperator. Ptolomeus philadelphus Judeos qui in Egipto erant liberos permisit, et ab Eleazaro pontifice divinas scripturas in Grecam vocem ex hebrea lingwa per septuaginta interpretes transferre curavit, quos in alexandria habuit. et ibi bibliotecam omnium gentium litterarum reparavit.

Circa hec tempora fuit magnarum commutacionum tempus. Quare fuisse dicitur anno mundi 7120 Adilud anno 2618 vel circa, et hoc fuit ante adventum Christi 2722 vel sub 131 olimpiade vel circa fuit predicta commutacio, nam ab ea usque ad olimpiadem sub qua natus est Christus inveniuntur 76 olimpiades que sunt anni 229, vel forte appropinquavit Christi post predictam commutacionem sub olimpiade 138. Hic habet autem et per proximas fuisse magnas et minores mutaciones ut dicta et infra dicenda manifestant

Romani post 130 olimpiade Cartaginenses na
vali bello superant et 100 liberas urbes capiunt
Et tunc post Cartaginenses cum Rege naves in Sici
lia capiunt metello consule in fugam verso. Parthis a Ma
cedonum imperio recedentibus primum regnavit Arsaces unde et
arsacide dicti sunt. Judeorum pontifex Onias clarus habe
tur cuius tenacitas ptolomei Regi tributa non reddens ad
iram eum impulit unde et Josephus vir inter Judeos no
bilis legatus a Judeis ad ptolomeum missus cum familiari
tate regis sibi meruisset Judee et regionum securitatem
constituit. Judeorum pontifex Symon Onie filius clarus
habetur sub quo tempore Ihesus filius Syrach sapientie librum compo
nens etiam Symonis fecit mentionem. Circa idem tempus 40
fere milia Gallorum a Romanis sunt cesa. Caria et
Rodus ita terre motu concusse sunt ut colossus
magnus caderet. Alexandrie et Egipti ptolomeus
philopater regnat sub quo ea que in secundo machabeorum
libro scripta sunt gesta feruntur, quo victo Anthiochus
Rex Syrie Judeam sibi sociat. Romani consule mar
cello Syracusas capiunt [illegible] capuam et Si
ciliam. Alexandrie et Egipti quintus ptholomeus
Epiphanes destinato principe milicie Judeam capit
et plurimas Syrie civitates. Post 148 olimpiade
Syrie et Asie Seleuchus qui et philopator regnat
unde etiam secundus liber machabeorum apud Judeos hu
ius temporis continet gesta. Stacius Cecilius clarus habetur. Cum
ab Anthiocho per legatos hanibal reposceret, Cui
se a Scipione victus sociaverat, ad Regem bithinie
transfugit, quem tum rursus senatus repeteret, et ita
dedendus esset venenum bibit et apud Libissam bi
thinie sepultus est. Hoc tempore ad presidem et pontifica
tus Judeorum ambitione orta seditione ingentium
miseriarum semina pullulant. Anthiochus autem

Iudeorum provinciam et ydolatum torpellis imparet
noluit chetetur post Ierosolimam assumpto templi et papa
dei rapiat in templo Iovis pletum ponit In
Samaria super verticem montis Iovis delubrum edificat
ipsis Samaritanis ut id faceret precantibus verum
Mathathias filius auxilio filiorum leges patrias vi
dicat olimpiade 173 Ennius poeta septuagenario
maior articulari morbo perit Sepultus in Scipionis
monumento via appia

Macedonum regnum desiit 173 olimpiade, in
Romanam provinciam per macedones Illirios
et Gallatas liberos esse iusserunt apud
Iudeos defuncto Mathathia filius eius Iudas
Machabeus Iudeorum dux fuit Qui duces Anthi
ochi de Iudea expellit ad templum ab ydolorum yma
ginibus emendat patrias leges post triennium suis ci
vibus reddidit olimpiade 172 Althimus alienus a sa
cerdotali genere Anthiocho pontificatum invadit, qui ad eius Iudam
machabeum in Imaaas yeus, cito post dei ira percussus
interiit At post eum omnium Iudeorum favore Iude macha
beo pontificatum defertur qui dignitate suscepta legatos
Romam dirigit dein que senatus Iudeos amicos et au
xiliatores Romanorum habere, Terentius comediarum
scriptor in archaia moritur Iudas adversus Demetriu
i. eius duces inito prelio occiditur tribus annis pontifi
catu gesto post quem frater eius Ionathas dux Iudeorum
fit bachide duce Demetrii a Iudea expulso pon
tificatum suscipit describere Rome facta sunt inventa
Romanorum 332000 sub olimpiade 178 Tunc Cartago
inducie Romanorum per Scipionem diruitur a conditione sui annos
668 vel secundum alios 748 Scipio minima

tios subrogat Jonatas dux iudeorum pariter et pontifex cum Romanis et Spartiatis amicicias fecit, quem trifon dolo interficit / Cetui primus liber machabeorum primus cuius hystoria continet / Johanes dux iudeorum et pontifex adversus hyrcanos bellum gerens hyrcani nomen accepit et cum Romanis amicicias confirmavit. hic Samariam obsidione captam solo coequavit quam postea herodes restaurans Sabaste in honorem augusti appellari voluit Jugurta cum Romanos dimicans capitur Rodo terre motu concussa collapsa ruit Cicero arpini nascitur /

[P]ost eorum aristobolus filius Johannis Rex pariter et pontifex primus apud iudeos dyadema sumpsit insigne post 482 annos babilonie captiuitatis post quem regnauit Jamneus cognomento allexander qui pontificatum administrans crudelissime ciuibus prefuit / Viginti milia cymbrorum cesa de capta per Caium marium / Sic quinquies consul mutata [?] Hesidam [?] cymbros superat et post de eis cum Catulo triumphat. Antiochus Siria possessa per leges in Romanam dicionem cessit / Descriptio Rome facta inventa sunt hominum 463000 Salustius scriptor Crispus hystoricus nascitur Silla atheniense vastat qui deinde Romam optinuit et post biennium moritur Lucius lucullus primus Imperator appellatus est / victa armenia et mesopotamia pompeius vniuersam hiberiam perlustrauit / Virgilius maro non procul a mantua nascitur / Marcus portius Catho philosophus agnoscitur Antiochia Sirie a Romanis capitur /

[C]ontra iudei vectigales facti sunt et pontificatum apud eos suscepit hyrcanus ipse vero et aristobolus filius alexandri contra se de imperio dimicantes

occasionem prebente Romani in Iudea invaserunt Itaque Po
peyus urbem venit Ierusalem capta urbe et templo
reserato usque ad sancta sanctorum venit Aristobulum secum capti
vum adduxit pontificatum confirmat Hircano Deinde pro
curatorem Antipatrum Palestine facit et Iudeos tributarios
Ea que de Catilina Salustius scribit et similiter
gesta sunt hoc tempore Oratius Flaccus nascitur Virgilius Cicero
studiis eruditur Cesar Renum transiens Germanos va
stat et Gallos capit Et principium belli civilis Ce
zaris et Pompeii

Inde Gaius Iulius Cesar primus ex Romanis
singulare optinuit imperium a quo Cesares
Romanorum principes sunt appellati et imperavit annis
4 mensibus 7 Pompeius prelio victus et fugiens
a predonibus Alexandri regis occiditur Cesar in Egypto
Cleopatre regnum confirmat obstupri gratiam Anthonius
decrevit quintilem mensem Iulium debere dici quia in eo mense
natus Iulius Cezar qui idibus Marcii in curia oc
ciditur Cuius corpus in rostris ob honorem crematum
est Rome et post exorti soles paulatim eius orbem
circuierunt Inter cetera portenta que in toto orbe facta sunt
Bos in suburbano Rome ad aratorem locutus est frustra
se urgeri non enim frumenta sed homines brevi defuturos

Romanorum secundus imperavit Octavianus Augu
stus Cesar annis 56 mensibus 6 a quo
augusti appellati Adversus eum Anthonius bel
lum movet Cicero occiditur 63 etatis sue
anno Ovidius Naso nascitur De taberna Emeritoria
trans Tiberim oleum erupit fluxitque toto die sine
intermissione significans Christi gratiam et gentibus Anthonius

Imperat Augustus interveniente Senatu in amicitiam
cum eo ingreditur. Secunda prefectio Augusti et Anthonii facta
est. Salustius obiit quadriennio ante acciacum bellum

Anthigonus captivus iudeorum dimittitur tunc occiditur atque
usque ad principes Jerosolimorum regnum destitutum est. post quem
Herodes per eum a Romanis constitutus est. principe
alienigena deficiente pontificum principatum. Singulari
tempore Christi nativitate unctio regum et sacerdotum inde destitutum
est. completa prophetia que per Moysen ita loquitur. Non deficiet
rex ex Iuda neque dux de femoribus eius donec
veniet cui repositum est et ipse erit expectatio gentium
In hoc etiam loco impletur prophetia Danielis namque usque
ad Herodem christi id est sacerdotes erant principes Iudeorum qui
imperare ceperunt a 67 olimpiade et ab instauracione
templi sub Dario usque ad Hircanum et 187 olimpiade
anni 483 in medio transactis quos Daniel significat
per ebdomadas 69 que per septenos annos efficiunt ut
declarat Eusebius. Defficientibus quoque Herodes post regnaverunt usque
ad novissimam desolacionem Iudeorum captivitatem incipiunt ex parte
sacerdotali successione generis pontificibus constitutis. Nam perpetuitate
vite secundum legem Moysi sed in medio vendicio Ignobiles vero
alio tempore et nonnulli unius anni sine medio aplius
a Romanis principibus sacerdotium emebat. quod dicta Danielis
etiam vaticinatus est.

Post Augustus et Anthonii quoque discepcione exorta dum et
repudiata sorore Cezaris Cleopatram duxisset
uxorem acciacum bellum ortum est. Cleopatra
quoque et Anthonius semet interficiunt. et Egipti regnum
quod sunt in Alexandria destitutum est in quo Ptolomei
qui vocabatur Lagide usque ad Cleopatram regnaverunt annis
297. Defuncta ergo Cleopatra Egiptus fit Romana

provintia quam primus tenuit Cornellius Gallus
de quo scribit Virgilius in Bucolicis. Exinde ab hoc loco
Augusti monarchie primum annum computat. A quo sextil
mensis Augusti nomen accepit. Qui Rome prospe
mas leges instituit. Censu Rome agitato inventa sunt
civium Romanorum quadragies et sexies centena et sexaginta
quatuor milia. Thebe Egipti usque ad solum diructe.
Terentius Varro nonagenarius moritur. Augustus Cala
briam ad Gallos vectigales facit. Augusto tunc monar
chia deferetur renuit. Tyberius ab Augusto missus
occupavit Armeniam. Virgilius Brundisii moritur.
Ossa eius Neapolim translata titulo huiusmodi prescripto
quem ipse moriens dictaverat: Mantua me genuit
Calabri rapuere tenet nunc Parthenope cecini pa
[illegible] rura duces. Augustus Gaium Agrippam adop
tat in filium. Ipse quoque Augustus a se pontifex maximus
appellatur. Tyberius de Carpanis Pannoniis
triumphat. Oratius Rome moritur 72 etatis sue anno.
Tyberius vastata Germania imperator appellatur.

Herodes Cesaream in nomine Cesaris condidit
que prius turris Stratonis vocabatur. Ipse
quoque Anthedonem condidit et Antipatridem atque
Herodionem in honorem patris Antipatri
et suum. Extruxit innumerabilia quoque opera in singulis Syri
arum urbibus. Ipse vero Hircanum qui olim sacerdos Iudeorum
fuerat de captivitate partica regressum ad eius filium qui
sacerdocio patris succedebat interfecit. Postremo quoque eius uxorem
suam cum duabus filiis propriis eius adolescentulis et ma
trem uxoris ottase sororem suam crudelissime necat et
adhuc que crudelius gessit etiam hoc addidit virum
sororis sue Salomee interfecit et tres tunc eius alios crudelissime

uxorem etiam suam necat scribatis quod et impletis
Domine legis plus occidit scelere, qui etiam cito post
xpi nativitatem magorum modo raptionis, universos
bethleem proles iussit interfici, qui morbo intercutis
et scatentibus toto corpore verminibus miserabiliter moritur

Ihesus cristus dominus noster dei filius in Bethleem
Iude nascitur anno 42° octaviani nocte dieci
dominice et anno 17° Tyberii Cezaris predicare
orsus est vixit quidem annis 32 mensibus tribus
iuxta 1d Evangelii erat ihesus incipiens quasi annorum
30 Eusebius vero dicit Cristus vixit plenarie 33 annis
et tribus mensibus quantum est a nativitate usque ad pascha, et
vixit secundum eum 33 annis cum dimidio, mortuus
est autem secundum Eusebium anno Tyberii 18, quo tempore sicut
in ethnicorum cronicis reperitur multa miracula con-
tigerunt sicut in alio titulo notavimus, parum au-
tem tempus augusti cum filio suo Tyberio census
Rome agitur invenitur hominum nonagies et tricies centena
et septuaginta milia, quo tempore defuncta sita pulo
augusti 86 etatis sue anno moritur,

Post quem Tyberius 29 imperat et Iudeorum
principatum optinuit Herodes Tetrarcha Ovi-
dius poeta in exilio obiit, Tredecim urbes
terre motu corruerunt, Effesus, Magnasia, Sar-
dis, Mostena, Egee, Hiero, Cesarea, Philadel-
phia, Thelomiscos, Timne, Smirna, Appollonia,
Dya, Hyrcania, Pilatus a Tyberio iudex missus
fuerat, Iohannes Zacharie filius circa in deserto iuxta
Iordanis fluvium predicans filium dei in medio eorum
adesse testatur, ipse quoque dominus Ihesus signis et virtutibus

Ubi esse apparuit que dixerat materia que in
Cronicis scripta sunt, fecit discipulis suis ut eo
tempore tercium decimum annum ageret imperator. Si computatur
que dicta fuerunt plenius cognoscitur autem usque in
anno 17 Tyberii Cesaris, a secundo anno instauracionis
templi que facta est sub altero anno Darii persarum
anni 548, a Salomone autem et prima edificacione
templi anni 1060, a moyse et egressu israel ex
Egipto anni 1539, ab abraham et regno Nini
anni 2044, a diluvio anni 2980, ab adam anni
5228.

Scribit autem Josephus in alia materia quod
anno passionis domini nostri ihesu christi quod pilatus
preses parcato noctis ymagines Cesaris in
templo statuit, et hec prima sedicionis et turbacionis
judeis extitit causa extitit, Ecclesie Jerosolimorum primus episcopus
ab apostolis ordinatur, Jacobus frater domini, Egesippus refert
tristiciamque quinte deinceps calamitates judeorum gentem
oppresserunt, pilatus post predictam sedicionem que ob Cesaris
ymagines fuerat gesta, sacrum thezaurum quem cor
bana judei vocant in aque ductu dedisset expe
dens 2e sedicionis prebuit semina / Ceterum presentibus Ty
berii qui apud eum plurimum poterat instatisse tulisse
tur ut gentem judeorum deleat, philo meminit in
libro legacionis 2o pilato ad christianorum dogmate
ad Tyberium referente Tyberius detulit ad senatum
ut inter cetera sacra reciperetur, sed cum ex consulto
patrum christianos urbe eliminari placuisset Tyberius
per edictum accusatoribus christianorum comminatus est mortem
scribit Tertullianus in apologetico / Tyberius

In Campania moritur

Romanorum gaius Gayus regnavit annis tribus mensibus decem, qui cognominatus Caligula, hic Agrippam a vinculis liberatum regem Iudee fecit, conflatis prefectus Egypti multis Iudeos cala mitatibus premit consentiente Alexandrie populo et urbis adversus eos clamoribus personante. Synago gas quoque eorum ymaginibus statuis aereis et victimis polluit. Poncius pylatus in multas incidens calami tates propria se manum interfecit. Et scribit Romanorum hystoriati Gayus quod semetipsum in deos intulerat, precepit Sirie presidi ut in Ierosolimis statuam preclari nominis Iovis maximi poneret, totaque urbe Romano rum philo scribit, et Iozephus in Synagogis Iudeorum statue et ymagines Cezaris consistere, hic Gaynus pluribus nobilibus interfectis, cuius sorores suas quibus stuprum intulerat insularum exilio condempnavit et omnes adulteros nisi interfici. Tandem a protectoribus suis in palacio occiditur etatis sue anno 29°

Romanorum 7us Claudius regnat annis 13 mensibus 8 diebus 28. primus Petrus apostolus cum primum Anthiochiam ecclesiam fundasset Romam mittitur ubi evangelium predicans 27 annis eiusdem urbis episcopus perseverat. Marcus evangelista interpres petri Egyp to et Allexandrie xpm annunciat. primus Anthiochie episcopus post petrum ordinatus Evodius. Agrippa rex Iudeorum annis 7 imperans moritur. Cui succedit filius eius Agrippa a Claudio constitutus. Prophecia agabi qua in Actibus apostolorum defamia toto orbe terrarum futura prenunciat

sub Claudio expleta. Claudius de Britannis
triumphat et Orcadas insulas Romano adiecit
imperio. Descriptio Rome facta inventa sunt Romanorum
civium sexagies et novies centena et tria
milia. Tanta Iherusalem Regia in principiam
redigitur deposito. diebus azimorum orta sedicione
30 milia Iudeorum periit. Claudius Felicem procuratorem Iudee mittit, apud quem Paulus apostolus
accusatus in presenti defensionem perorat. Claudius moritur
etatis sue anno 64.

Anno 69 regnat Nero annis 13 mensibus 7
diebus 28. Cuius avunculus fuit Gaius
Caligula. Hic primo Paulus apostolus vinctus
Romam mittitur. Iacobus frater domini, quem omnes iustum
appellabant, magnis lapidibus opprimitur, in cuius locum
Symeon qui et Symon 29 apostolus assumitur. Post Marcum
ewangelistam primus Alexandrine ordinatur episcopus Anianus. Antiochie
post Petrum ordinatur episcopus Ignatius. An mense Neronis ful
mine cecidit. Terre motus Rome factus est. In magna parte
tres urbes motu terre conciderunt. Nero Rome in Ca
tarisiarum agone citharedo victor superat. Statius in
Gallia rethoricam docet. Lucanus Cordubensis poeta
moritur. Seneca Cordubensis preceptor Neronis et
patruus Lucani poete incisione venarum et veneno
hausto periit. Nero Agrippinam matrem et sororem
interficit. Ipse quoque in actis vite incestibus etiam Octaviam
uxorem suam interemit. Sed et plurima parte urbis
Rome incendit ut speciem Troie ardentis inspiceret.
Insuper etiam ultra omnia scelera que fecit primus etiam
in christianos persecucionem fecit in qua Petrus et Paulus
gloriose occubuerunt. Post Petrum primus Romanam ecclesiam

tenuit annis [decem?] Con[tra] Iudeos rebellantes vespasianus magister milicie a Nerone mitti[tur] qui plurimas urbes Iudee capit Josephus scriptor hystorie huius belli Iudeorum, tum a Romanis interfectus esset Vespesiano prenunciat de Neronis morte et eius imperio Nero tum a Senatu quereretur ad penam se ipsum interfecit atque in eo omnis Augusti familia consumpta est Galba in hyberia vitellius in germania post quem Otto Rome imperium arripuerunt Galba 7o mense imperii sui in medio urbis foro capite truncatur Otto 3o sui regni mense propria manu occubuit Vitellius a vespesiani ducibus occisus in tyberim proicitur

Anno domini regnavit vespesianus annis 9 mensibus 11 diebus 22 Titus ab eo missus Iudea capta et Jerosolimis destructis sexcenta milia virorum interfecit Jozephus dicit undecies centena milia fame et gladio periisse et alia centum milia captivorum venumdata ut autem tanta multitudo ibi reperiretur causa azimorum fuisse refert ob quam ex omni gente Iudea ad templum confluentes in urbe quasi carcere sunt reclusi Oportuit enim eos hiis diebus pasche interfici in quibus salvatorem crucifixerunt Sic et regnum Iudeorum finitum atque destitutum est Tunc lues Rome facta est ita ut per multos dies decem fere milia hominum mortuorum referuntur Tres civitates Cipri terre motu corruerunt Vespesianus 69 etatis sue anno moritur Cui successit Titus filius eius Is in utraque lingwa disertissimus magneque bonitatis et beneficentie Sed de eo sicut et successoribus non ultra propter causam prolixitatis non sufficit nobis ad eos prevertere Sed quomodo Deus noster Ihesus Christus natus est praedicat et occisus est sub quo crucifixerunt Iudei scripti sunt Colligi[tur]

Fuit de tempore secundi anni Vespesiani et novissimam eversionem Jerosolimorum A 17 Tyberii Cesaris et predicatione Xristi 42 anni a capitulo quia ab Antiocho persecuti fuit anni 238 a Darii 2o anno secundo quo rursum templum edificatum est anni 790 a prima edificatione sub Salomone usque ad novissimam eius ruinam sub Vespesiano anni 1102

Nunc autem expedit etiam aliarum rerum gestarum tempora brevi recapitulatione colligere. Igitur secundum Eusebium in prologo Cronice sue anno 42 imperii Augusti dominus noster Jesus Xristus natus est et anno 15 Tyberii predicare cepit. Si quis autem utrorumque computat respiciet a Tyberio usque ad annum Darii secundo quo templum restauratum est annos 548. Nam Darii 2us annus 67e olimpiadis anno primo fuit et Tyberii in 201 olimpiade incurrit. Fiunt ergo inter Darium et Tyberium olimpiades 137 anni 548 quaternis in una quaque olimpiade computatis. Qui 2o Darii anno septuagesimus desolacionis templi dicitur expletur a quo usque ad primam olimpiadem utrorumque inveniuntur olimpiade 67 in 256 annis qui simul computatur a predicto desolacionis templi anno usque 700 tempore regum Medorum vel Persarum sub quo prophetias et opere fuerunt. Itaque prima olimpiade in Ysaye et reliquorum qui tunc eo prophetaverunt incurrit etate. Rursum supra prima olimpiade ad principiando et usque ad captivitatem Troie prehabitis inveniuntur anni 406 secundum quod continentur ipsa Grecorum hystoria conscribit. Ita namque Hebreis a principio dicto tempore anno et temporibus prophetie prophete usque ad Samuelem et tertium annum Labdon iudicis reputatis annos

406 post hec vero ad superiora tendens et in 329
annos retroactus implevimus Sicyoniorum Europe
Deffon et Moysen invenimus Hebreorum, nam a
47 anno Cecropis usque ad captivitatem Troie, et
ab 80 etatis Moysi in quo populum Israel de Egypto
eduxit usque ad Labdon et Sampson computantur
anni 329. Itaque sine ulla ambiguitate Moyses
et Cecrops, qui primus Atheniensium rex fuit,
hiis vero temporibus fuerunt. Ab 80 autem anno Moysi
et egressionis Israel ex Egypto usque ad primum annum Abrahe
Abrae reperies annos 707, quos supra a 67 anno
Cecropis usque ad Ninum et Semiramim Assi
riorum principes computabis. Item a nativitate Abrae
usque ad totius orbis diluvium invenies retrorsum
annos 942. Item a diluvio usque ad Adam
2242 annos in quibus nulla penitus nec greca
nec barbara nec gentilis invenitur hystoria. Verum
enim propter Hebreorum annos ab Abraham usque
ad Moysen, a Moyse usque ad primam edificationem
templi, et abinde usque ad secundam instaurationem eius
et usque ad adventum Christi sed nunc indagemus. A nativitate
autem Abrahe usque ad Moysen et egressum ex Egipto
computantur anni 707. A Moyse usque ad Salomonem
et primam edificationem templi anni 479. Scilicet numerum
hunc quem tercius Regnorum liber continet, nam mystica vo
lumine industria computantur anni 600. Circa quam
computationem dictam diligenter attende, cum forte in
ea fundari possit discrepancia que est inter com
putationem Bede et computationem Alfonsi de annis ab
Adam usque ad Christum, de qua in alio tractatu patet.
Deinde a Salomone autem usque ad instaurationem tem
pli que sub Dario Persarum rege facta est colliguntur
anni 712. A Dario usque ad predicationem Christi et
17 annum Tiberii Cesaris complentur anni 2044

Similiter a Nino et Semiramide usque ad Moy-
sen et Cicropem anni 707 et a Cicrope usque
ad captivitatem Troie anni 329 a captivitate Troie
usque ad primam olimpiadem anni 406 a prima olimpi-
ade usque ad 2m Darii annum et instauracionem
templi anni 276 a secundo Darii anno usque 17
Tyberii totidem anni quot primo ab Abraham usque
ad Tyberium mmanig et hec secundum Eusebium

Jeronimus qui Eusebii Cronicam de greco in latinum
transtulit et eam usque ad tempus suum conti-
nuavit in fine Cronice per annorum revol-
lectionem huius concludit ita scribens Ab urbe
condita usque ad ecclesiam hoc opus anno fiunt anni
1131 hoc modo sub Regibus anni 240 sub Consulibus
anni 464 sub augustis Cesaribus anni 42
Colliguntur omnes anni usque in presens tempus ita a
xv Tyberii anno 1170 et predicacione Christi anni 2171
a secundo anno Darii quo templum restauratum anni 984
ab olimpiade prima qua etate apud Hebreos Ysayas
prophetabat anni 1161 a Salomone et primo edifi-
catore templi anni 1412 a captivitate Troie quo tempore
Sampson apud Hebreos anni 1761 a Moyse et a
Cicrope primo Attice anni 1890 sic in fine colli-
guntur ab Abraham et Regno Nini et Semiramide
anni 2397 ab Abraham usque ad diluvium anni
942 ab Adam vero usque ad diluvium anni 2242
Omnibus vero simul collectis fiunt ab Adam usque ad
12 Valentis et Valentiniani imperatoris annum omnes
anni 7719 Sed ut dictum est a Tyberii
anno 17 usque ad 12 annum Valentis quo conte-
xit Jeronimus anni 371 Et inde usque ad Abraham
anni 2044 Consequens est ut fiant omnes anni huius

Hystorie Eusebii et Jeronimi 2397 Nos vero
qui usque ad hoc tempus valetis non professi perscruti
simus cronicam Eusebii, sed solum ad tempus vespasiani
ut promissum, deinde vero presertim vestre civitas que
dimissa computatione per decades et olimpiades a xpo
et eius vicario petro per successores summorum pontificum
annorum numero notavimus, ut hystoricis narratio
nubes mysterium numquam potuit applicari ad tempora ma
xime cometarum ac etiam revolutionum patrialium
de quibus infra dicemus, ideo quod logice narratur quia
de variis regnis sicut fecimus ad breve recapitulatione
regnorum principalium reducemus, non quod ad alia non sit
habenda consideratio sed ad ystoriam maxime.

Sciendum est igitur quod secundum quatuor partes orbis quatuor
fuerunt principalia regna, de quibus daniel
prophetat, sed et de his anca ieronimus predi
Regnum cat sicut tactum est primum ab oriente fuit
babilonicum quod incepit a Nino tempore ab
rahe. Ninus enim exceptus indee, primus enim Judee
Ape imperavit. Sicut aut regnum assiriorum in Sardana
pollo deletum est. Deus vero cum regnum assiriorum a po
ano Nini computatur 1240. Et deinde assiriorum regnum
in medos translatum est. Secundo a meridie fuit regnum
Cartaginense, quod incepit tempore iudicum, quando Cartago
condita est, vixit annis 123 post troyanum bellum.
Tercium a septentrione fuit regnum macedonicum, quod non incepit
ab allexandro ut quidam dicunt, sed secundum eum Eusebium
na qui assiriorum regnum in medos translatum est tunc regnum
macedonum surrexit ab allexandro tunc incepit augmentum

A quo regnum Alexandrinum incepit et non accepit. Certum ab omnibus fuit regnum latinorum quod dum post a Romulo Romanum vocatum est secundum Eusebium Et secundum Orosius ab urbe condita id est a Romulo computata usque ad incarnationem Christi anni 752 Et ab ea usque ad Christum natum dominum nostrum anni 417 et secundum ab origine mundi usque ad Christum ... sunt anni 7199 quamquam computationes secundum Bedam et canonem ...
ut in alio notum est. ... autem quattuor regna ... non fuit non secundum ordinem originis sed ... ordinem ... orientis meridiei septentrionis occidentis ... de eorum ortu et occasu variaque permutatione ... apparet.
Hec autem notum est quod autem Augustinus 18 de Civitate dei libro Inter plurima ... regna ... duo ... longe ceteris ... claruisse ... primum ... prius in oriente ... posterius in occidente surrexit ... in illius fine ... ceterosque reges appendices eorum dixerim.

Via vero ad permutationes regnorum et sectarum non solum sunt aspectus coniunctionis Saturni et Jovis de quibus dictum est sed etiam revolutiones Saturni de quibus loquitur Albumazar libro de magnis coniunctionibus tractatu secundo differentia 8 ... de ... loco ... cum ... ad coniunctionem septimam ... ... et regni et eorum permutatio accidat secundum ... revolutionem Saturnalium et principue per Saturno

coveiat mutacio ad sig mobilia que sunt Cancer libra
Capricornus aries Dumo Jupiter fuit tardus ab eo
Sz si Jupiter fuit cum eo a appropiat eum - minimet
mstrm de malo ppter eius bonitate Cum enim fuit
complete 10 revoluciones Saturni in diebus Dary fuit
apparicio allexandri magni et destructio regni persarum
Et circiter post alias revoluciones completas apparuit
dominus noster Christus filius Marie virginis
cum primitatiue perte Et cum fuit dece alie venit
tremi cum lege que est inter Nazarenos et paganos
et post dece alias revoluciones venit Machometus et
id forte est cum completa decie ut in revolucione non
vel post in 11 Et id est secundum quantitatem eius quod exigit
coniunctiones pisses que sunt fortes istis revolucionibus
Et pro mutacione huius vel tardius secundum correlatos
pluiz diviantium regis domus ut Saturnus dominatur
Indie Jupiter Babilonie Mars Tracie Sol
Romanis et imperio Mercurius Egipto luna Assiriis

De declaracione predictarum revolucionum, sciendum est
quod revolucio Saturni est eius transitus ab uno
puncto incipiens et ad idem punctum rediens
Et iste transitus eius vel transitus perficitur cum in
30 annis ut supra dictum est. Jam patet quod pisse 10
revolucionibus Saturni fuit in 300 annis vel circiter. Sed
in pisse tempore occurrit dubium, quo certo puncto celi
huius revoluciones incipiat Secundo quare plus ab uno
quam ab alio puncto celi incipere debeat Tercio
cur 10 tales revoluciones plus quam 9 vel 11 et pro
tercium assignatur a quibusdam habeat horum dubiorum solucio

no est clara ut tamen hic, sed alibi declaranda quia ista
non fuerunt proprie magnarum, sed predictis sunt presuppo
sitis manifeste patet quia prima inter tales revoluciones ad-
minus est una, coniunctio Saturni maior et Jovis
2 8 0 annorum, plures eciam coniunctiones Saturni et Martis
30 annorum, et alie plurime de quibus supra dictum est
et iste priores sunt effectus, et post priores revolu
cionum significaciones citius aut tardius completi vel debilius
aut fortius, secundum exigenciam superioris coniunctionum vel effectus patet
tercio est insuper quod sicut ab allexandro magno usque ad ma
chometum novem fuerunt huiusmodi revoluciones ita ab allexandro
retrorsum propinquius computando 300 pro 10 revoluciones et
ab illis citra 300, et sic ulterius usque ad initium mundi
et maxime usque ad diluvium, a quo usque ad allexandrum fuerunt
anni tantum 2 1 9 9 secundum alfonsum, post novem priores huiusmodi
revoluciones hystorie et cronice et ut plurimum circa huiusmodi
tempora in principalibus secularum aut regnorum respiciunt aliquas
notabiles contigisse, sicut patet patet diligenter considerantibus et pa
ratis calculati, ea que ex hystoriis et cronicis
sunt notata, Exemplum unum sit pro ceteris, nam complete propinquius
10 revolucionibus, ante illas 10 que precesserunt allexandrum
magnum circa post secuta est captivitas Judeorum
per 8 1 olimpiade qua nabuchodonosor Rex Caldeorum
Jerosolimis captis templum incendit et Judeorum regnum
destituit ut supra dictum est Similiter eciam a macho
meto citra computando usque ad presens tempus fuerunt huiusmodi
revoluciones completi, et ea que secundum hystorias et cronicas
magis notanda sunt eisdem revolucionibus applicari quod
ingeniosus facile comperiet

Et pn̄s considerandum est 1º quod super ejus veritatem post
allexandrum ceterasque alias 10 revolucionibus completas
apparuisse dominum nostrum **iesum filium beate
marie virginis** cum prenunciatis secte
hoc enim post decem revoluciones completas factum fuisse
post annos 11 ceteris maioribus patet quia secundum alfonsum a tempore
allexandri magni et incarnacionis domini nostri **jesu cristi**
311 menses 3 dies 2. unde clare patet quod albumazar
libro preallegato ubi de hiis revolucionibus loquitur errant
in hoc quod inter allexandrum et dominum nostrum **iesum cristum**
bis decem revoluciones mansit dicens, quod post apparicionem
allexandri magni completis 10 revolucionibus apparuit a
latere filius Bel, qui enim reddit nostre prophecie et post
10 alias revoluciones apparuit **iesus marie
beatus filius** nec tamen existimandum est quod lex nostra
ex hiis revolucionibus aut aliis legibus astrorum dependeat
quod adeo quidem divine et mirabiliter virtutes sunt et omnino
nature vires excedunt sed ista ad sanum intellectum
exponuntur sicut in scripturis de legibus et sectis, et de concordia
theologice et astronomie plenius declaratur, nec est
sub silencio transeundum quod circa hec beate incarnacionis et dominice
passionis tempora multa nondum contigerunt atque per secte
revoluciones et coniunctiones quae potuerunt aspectu, nam primum
imperium quod paulo ante Julius Cezar tempore incepit
tunc octaviani augusti succedente imperio incre-
mentum accepit, sunt quasi in maxima prosperitate et pace
mota 1º evangelii exivit edictum a Cezare augusto et
sic et non multo post tempore adversariorum nostrorum in iudeorum
sub vespasiano et Tyto facta est mira subversio
et sunt sub nerone, persecutio vero sub pluribus aliis imper-
atoribus fuit christianorum horrenda persecucio, quae tamen

quanto maior fuit tanto xac legi macua pl'int
macmeta /

Alter aut completionis digni est, id quod
de aliis 10 revolutionibus sumere legitur dicit Albu-
mazar. verum quod cum ille complete fuit
vera lex que est inter paganos et na-
zarenos, sane que per ista lex vel secta ex vne
hystoriis vel cronicis non plene intelligo, cum inter
paganos quo ad dei cultum non affuit lex vera
sed sola secta erronea ydolatre, que lege cum pre-
cessit. verum tamen quod Ysidorus 8 libro Ethimologiarum capitulo quinto
ubi quot sunt secte hereticorum, et inter nona accipiunt
denominat de Nazarenis seu Nasareis ita scribit:
Nasarei dicti quod Cristum deum qui Nasareus
dictus est filium dei confitentur, omnia tamen veteris legis
custodiunt. possumus ergo dicere quod forte hec secta aliquam
ex paganis secuti sunt vel quod inter paganos aliquod
potens eam suadam esse sumpserit. verum attamen
scit vel quo tempore fuerit illa exceptus eciam non legi-
do ita liber nec affirmare possumus / Sed sicut dictum est quod completa
ab Alexandro 10 revolucionibus post annos 11 menses 3 dies
2. venit Cristus salvator noster et a Cristi
nativitate usque ad Dyocletianum fuerunt anni 283
menses 1. dies 29 et ita per annos tantum quinque
ante completam aliarum 10 revolucionum venit Dyocletianus
a quo pyca lex vel secta paganorum quodammodo coro-
borata. et quasi renovata est per leges paganorum
persecucionum que ab ipso decima secta fuisse dicitur esse
nam prout recitat Augustinus 18 de civitate dei, quodam
prima persecucionem computat que facta est a Nerone, secundam
a Domiciano, terciam a Troyano, quartam ab Antonio

A Decio quintam, sexta a Maximo, a Decio septimam,
octavam a Valeriano, ab Aureliano nonam, decimam
a Dyocletiano et Maximiano, verumtamen ubique omnes augu-
stos cum Nerone et in Christo et suis apostolis ac
discipulis communes persecutores perpetrarunt, que inter illas non-
minime numerantur. Postea imperator Julianus ad ecclesiam
persecutus est quod christianos liberalibus litteris docere vel
discere vetuit. Contra etiam Valens imperator Valentini-
ani frater, Arianus magnus persecutor, per ordines prout
catholicorum vastavit ecclesiam, postea rex Gothorum in ipsa
Gothia persecutus est christianorum crudeliter innumerabiles, ideo
Augustinus improbat illorum opinionem qui dixerunt post illam
decimam Dyocletiani non amplius ecclesiam passuram perse-
cutiones usque ad tempus antichristi, verumtamen concludit quod non presu-
mendum diffiniendum numerum persecutionum quibus exerceri contra ecclesiam.
Inter has tamen persecutiones multum memoranda fuit illa Dyo-
cletiani persecutio, quia inter christianos terror extitit, et
forte tunc invaluit illa lex vel secta, quam tunc apud
paganos Albumazar superius designavit.

Et adhuc temporibus hiis convenit, quod post illam secundam ait
post illam sectam conplectus illius albis [illegible]
verit Machometus maxime post Dyocletianum per annos
338 vel circiter. Cuius sectam non solum de-
signavit in involucris parte, sed etiam quidam per desi-
gnatam dicitur et Alkabucius dicit [illegible] quod inter aliam
conjunctionem que significavit sectam Sarracenorum, et inter annum
Alhegira id est predictum vel secundum Machumetum, qui
fuit primus annus Arabum annorum fuerunt 72 anni
solares et 71 dies, et fuit asscendens anni conjunctionis

vecte secte signum, generacionem maioris et preterit perfectam cursu-
dam adorigine, primus ergo annus Machometi fuit
annus Arabum et cum annos Arabum currebant anni
Christi 621 menses 6 dies 11 sic in tabulis &
vero titulo lunari notatur Et in hoc concordat tabule Alfonsi
cum exemplis et aliis superioribus per que cunctis legitime cal-
culati quod post 10 predictas revoluciones venit Machometus
post annos circiter 33 et hinc concordat cum Enoclerium
et era Arabum que fuit anni 33 [illegible] menses 10
dies 16 secundum Alfonsum a quibus si subtrahas 1 annum
quibus annis completis 10 revolucionum Enoclerium re-
manet dimidius remanent 32 anni perfecti et primo
imperfectus seu incompletus. De hiis autem que circa hec tempora
contigerunt narrat hystoria quod Phocas qui imperavit anno
Christi 672 intermissa bella adversus reges Persarum
exercuit quibus Romani fortiter debellati plurimas
provincias et ipsam Jerosolimam dimiserunt. Post ea circa
anno Christi 660 3° anno imperii Eraclii Cosdroe
rex Persarum multam partem R. p. Rome cepit deva-
stavitque Jerosolimam et innumerabilia loca incendit et multos
captivos in Persidam duxit cum precioso parte crucis ligni
Sed anno cursu Eraclii rex Cosdroe ab eo interemptus
est et pluribus christianis cum parte crucis a captivitate liberatis
circa hoc tempus Machometus propheta Sarracenorum
surrexit et secta sua per mundum [illegible] introduxit
Sarracenos vero seu Arabes qui hactenus sub regno Persarum
fuerat Eraclius devictos Rome subiecit imperio
[illegible] et [illegible] post hec secte introductorum contigit
de quibus taceo causa brevitatis

Jam vero de 1a coniunctione maxima certum est, quia diximus fuisse anno mundi 6080 a diluvio 3838 vel circiter, et sic fuit anno post incarnationem Xi 137 vel prope, et antea circiter per 100 annos incepit secta Machometi, per qua peccata multa populo xriano provenit destincta deus ad hystorias remittimus, etiam huius generis tempora, post illas preterea diversitates 10 alias quam aliquas plures imperatore et regum paganorum in xrianos persecuciones secute sunt alie persecutiones hereticorum plurimorum et maxime arrianorum ex qua arriana heresis propter predicta machometi secta regnum exordium tamen post hoc docet hystorie de quibus temporibus 18 de civitate dei libro ita post cuius vides aut dicatis tempora deorum et in nove liberatus mediator tre geneus humanum, hereticos monuit quod pro populo xriano doctrine respondit xrane et peccata probavit, multi enim ecclesie quorum errare recensentur vel malitia separantur, si accipiunt potestatem corporaliter affligendi exercet eius paciencia, si tamen male sentiendo adversantur exercet eius sapientiam, et multa nova de hoc contingit que hic inserere inserere huius operis brevitas non permittit.

Ex predictis premissis principiis iam deinceps ab illo presenti de propheta Machometorum usque ad nostra tempora perventis Saturni revolucionis computabimus, et eius notabiliora gesta que illarum temporibus facta sunt applicabimus, sciendum est primo quod completis 10 revolucionibus post diversitates que fere 39 annis ante adventum Machometi terminate sunt ut premissum est computando abicatur completo posterius 10 revolucionibus sequentibus 300 annos maxime post quam anno Xi 889 vel circiter, hee 10 revolucionis complete sunt et sic fuit post adventum Machometi per annos 261 vel prope, et post predictam

centum maxime tenuit per annos 178. Et sic
ista centena fuit cum media inter 10 revoluciones potestas

Tercia tunc centena tempore vel circa que currit
premissis a quinquagena contigerat que prior sunt nondena
na anno Christi 701 tempore Sisinni pape maximum
scisma fuit propter ipsa Constantinus Philippicum
Imperatorem dimittat [illegible] eo quod sanctorum imagi
nes deleverat Item tempore Gregorii 2i Bonifacius
episcopus gentem Germanorum ad Christum convertit Eiusdem tempore
Karolus pater Pipini Saxones debellat Alamanno-
nos et Suevos atque barbaros usque ad Danubium
subiecit etiam et Frisones Burgundiam et Aquitaniam
Sarracenos quoque de transmarinis partibus tunc inunda-
bili multitudine in provincia venientes delevit tempore
Leonis Imperatoris Constantinopoli 300 milia hominum
pestilencia perierunt Eo tempore reges Sarracenorum totam
Hispaniam occupat. Et tunc propterea etiam Aquitaniam
voluissent Karolus Martellus pater plusquam 300
milia delevit post dictam vero centenam circa annum
738 Constantinus Copronimus filius Leonis imperator
qui cum ymaginibus dei et sanctorum bellum induxerat
primam imperii [illegible] constitutus [illegible] Anastasio
Constantinopolitano sibi novo patriarcha [illegible] sinodo
omnes ymagines Christi et sanctorum mandat deponi Et
ecclesiam dei persequebatur ut etiam papam [illegible]
[illegible] His temporibus Imperator Constantino-
politanus fere solo nomine imperabat quia in oriente et
meridie cum toto principes Sarracenorum occupave-
rat a quibus [illegible] [illegible] [illegible] sustinebat

[illegible] aliis omissis que post dictam centenam secuta
sunt de hiis pro sequentem que completa

De ymaginibus

Decis premissis revolutionibus Saturnalibus contigerunt igitur
circa anni 889 sub formoso papa magnum
scisma magna que altercatio ecclesie fuit et eius
promotoris persecutione. Circa hec tempora gens Unga
rorum a Sicia egressa in pannoniam primitus venit — *de Ungaris*
et ibi residens mansit ibi ubi usque hodie perma
net. Hec gens illo tempore adeo inculta fuisse narratur
ut carnibus crudis ad vitam, humano vero sanguine utens
ad potum quemadmodum et Salagi faciunt. Huius temporibus
Arnolphus Imperator Normannos qui Galliam va
stata Lotthoringiam et Dardaniam invadebat
incredibili plaga prostravit. Tunc cepit imperium Ger
manorum et Daciorum cessare qui 80 annis Gal
liam vastaverant. Demum idem Arnolphus longa
infirmitate tabescens nulla medicinali arte valuit
nec potuit adiuvari quin a pediculis consumeretur.
Cui successit filius eius Ludowicus sed ad coronam Imperii
non pervenit. In isto fuit finis Imperii quod ad poste
ritatem Caroli tempore eius excellentibus quod etiam quod
pater eorum construxerat non tenebat sed potius dissipa
bat propterea excepto Imperio a Gallicis ytalici ceperunt
Imperare. Diuisumque fuit Imperium quod quidam tunc in
ytalia quidam tunc in alemania imperabat usque
ad Ottonem primum qui utrobique imperare cepit.

Est preductas 10 revolutiones Saturni secunte sunt
alie 10 et completo anno Christi 1189 hec contigerunt.
Circa quod tempus Innocentius tercius vir multe virtutis
operibus gloriosus dignae cathedram petri tenebat
Cuius tempore a francis et venetis capta est Consta
ntinopolis per innumerabiles Sarracenorum multi Christianorum
hyspanorum venientes ad patriam suam confusi redeunt

Hijs diebus Liuonia conuersa est ad fidem. Anno
vero pontificatus sui 11º Rome celebratum est con
cilium generale pro subsidio terre sancte, vbi eciam
pro statu vniuersalis ecclesie multa vtilia statuta fue
rant, vbi eciam abbatis Joachim libellus quem
contra magistrum petrum lumbardi composuit dampnatur.
Insuper eciam Almoricus cum sua heretica doctrina uel
dampnata est doctrina dicti abbatis Joachim qui
in Calabria floruit plures que alios libros scrip
sit a patribus et regibus requirentibus ad ipso
de pertinacie qua faciebat in terra sancta predixit
quod parum proficerent, eo quod nondum tempus perficiendi
aduenisset. Hoc tempore imperabat fredericus primus
qui largus fuit et facundus in omnibus fuit glori
osus. Tunc rex alapie cepit Edissam ciuitatem
que in Genesi dicitur Arach Effrantes que ubi captus
tus a morte a penitudine dampnatur, baronesque mul
tiplicite affluit. Hiis temporibus sol dum obscuratus est
fames quod valida fuit. Eodem anno captum est se
pulcrum domini et eius crux a Soldano sub hoc
imperatore. Sanctus Thomas Cantuariensis in ecclesia sua
occiditur, super cuius morte Henricus rex Anglie ab eo
pena apud papam Allexandrum 3 se excusauit, excusacionem
quod sua iuramento firmatur. Eodem tempore floruit petrus
comestor qui hystoriam scolasticam composuit. Huius
pape Innocentij tempore ceperunt duo ordines mendican
tium, videlicet fratrum predicatorum domini et fratrum minorum
Francisci, per quos alij mendicantium ordines multipli
cati sunt. Que res magna et noua fuit in ecclesia dampna in
qua penitus nec mendica religio nec mendicitas
fuerat approbata nec admirande carent, quod circa

i(stu)d tempus sub Henrico quinto imperatore traditur Thar
tarorum dominium incepisse quando commotibus
Indie in regione dicta Carthara eque sub aliorum vi
tuarum servitute constituti Regem fecerunt eius potestas
mira et quasi miraculoso modo brevi tempore maxima
facta est ut patet in hystoria Cartharorum. Inventum
est ut certo patet sub Friderico 2o imperatore qui ab
Augusto primo 959 fuit Tunc prima Cartharorum

irrupcionibus crudelibus et terribilis paciens in dno
agrippina se diuisiset Ungariam et Poloniam
intravit ubi nobilibus vulgaribus tam viris quam mulie
ribus in ore gladii exterminatis Sic terras illas
maxime Ungariam redegerit in solitudinem ut per
fama valida humane carnibus vescentur Et plera
que pulvere cinerea molita pro farina utentur

Et sic alias innumerabiles ac insensibiles
hic omitto quas evenisse constat usque in presente
anni Christi 1414 cum completis aliarum 10.
revolucionibus quod erit anno Christi 1489 vel
tunc solum eam tocius sinunque aliquid aliud dicere &
hic quoque meo tempore huiusmodi facta recesserunt maxime a
tempore cuiusdam coniunctionis trium superiorum planetarum Saturni Jovis
et Martis de qua in alio tractatu dixi quod fuit
anno Christi 1345 die mercurii 24a in 19o
gradu aquarii vel circa Cum ipse fuerit alie due co
niunctiones Saturni et Martis una post et alia ante
fuit anno Christi 1327 die 13 mensis aprilis in tauro
gradu 6 minuto 8. Alia fuit 1357 die mensis iu
nii in cancro gradu 17 minuto 20o hec coniunctio est.

Istos magnos habuerunt effectus et precipue ita tamen priorum que scilicet eos secuta aquarum diminucio et victualium defectum. sed preterea dicunt experiencia Vnde post eam secuta est mortalitas illis qui vbique fuere que pestilencia magna vocatur quia nulla tanta prius fuisse legitur. ipsa quoque multorum malorum causa fuit quorum hucusque remanent vestigia. Ego predictis per 7 circiter annos post dictam generationem natus sum. ut diebus mei temporis mala evenerint sufficientem, pestes clades prelia. seditiones incendia atque instancias tam in populo civium et populorum / sed etiam regum et principum inter hec mala non est plenum hic tamen scisma quod ab anno 36 vsque hodie perpetuatur.

4 [M]agis autem occasione scismatis de aliis etiam scismatibus hic tangere libet aliqua. Sciendum est quod in agendis 22 scismata fuisse inveniuntur propter alias interposita ab imperatoribus et populo Romano statutis expulsis de Roma veris summis pontificibus. Primum itaque scisma fuit inter Cornelium et Novacianum. Secundum fuit inter Liberium et Felicem. 3m fuit inter Damasum primum et Vrsinum. 4m inter Bonifacium primum et Eulalium presbiterum. Quintum inter Simacum primum et Laurencium. Sextum inter Cisinum et Dyscorum. Septimum inter Stephanum 3m et Constantinum quod scisma propter hoc contradictum multum plus priori scismate resplenduit. Octavum fuit inter Sergium secundum et Pipinum. Nonum inter Leonem 5m et Cristoforum presbiterum. Decimum inter Johannem 12 nobilem Romanum et Leonem 8. Vndecimum inter Gregorium 5m et Johannem placentinum. Duodecimum

int(er) Benedictu(m) 7m et Leone(m) p(re)dictu(m). Tredecim(um) fuit
t(em)p(o)re Benedicti octavi. Decimqu(art)u(m) t(em)p(o)re Benedicti noni.
Decimqui(n)tu(m) fuit int(er) Allex(andrum) secundu(m) et Cadulum
ep(iscopu)m Parmen(sem). 16m int(er) Gregoriu(m) 7m et authorem
ul Gwibertu(m) Ravenaten(sem) q(ui) Clemens dict(us) est. 17m
fuit t(em)p(o)re Paschal(is) 2i. 18m int(er) Gelasiu(m) 2m et
Burdinu(m) Hispanu(m). 19m int(er) Innocentiu(m) 2m et Petru(m)
Leonis. Vicesim(um) int(er) Allex(andrum) 3m et 4or scismati-
cos. 21m fuit t(em)p(o)re Ludowici de Bavaria qui
cont(ra) Joh(ann)em p(a)pam 22 fecit antipapam Petru(m)
de Corbario ordi(ni)s mi(n)or(um) a q(u)o suscep(it) corona(m)
imp(er)ii. 22m est p(rese)ns scisma q(uo)d p(ro)lixius est et
magis inveteratu(m) quolib(et) p(re)cede(n)te. nullu(m) (enim) eciam p(er)se-
verasse leg(itur) sic(ut) h(oc) scisma. (con)tinuatu(m) erat i(n) Concilio
Constancien(si).

Et mirandu(m) stupendu(m)q(ue) nimis est, q(uod) ad hui(us)
extirpacionem scismatis sepe et nullu(m) multi-
plicare multisq(ue) modis laboratu(m) est. Et
tand(em) lic(et) tarde p(ro)pt(er) h(oc) celebratu(m) i(n) Civi(ta)te
Pisana solenne Conciliu(m) g(e)n(er)ale, n(on) t(ame)n istud mon-
stru(m) adhuc extirpari potuit. Qua(m)propt(er) ite(rum) de-
cretu(m) est h(oc) p(rese)ns Conciliu(m) congregand(um) i(n) Civi(ta)te
Constancie provincie Maguntin(ensis) ubi Rex Roma(noru)m et
Ungarie p(ro)misit interesse. Et m(u)lt(orum) s(ecundum) astrologos astr(onom)icos
p(ro)nosticatu(m) est ex figura celi anni p(rese)ntis q(uod) retrogradacio
Jovis in p(rinci)p(i)o anni in p(ro)p(ri)a domo sig(ni)ficat destruct(i)o(n)e(m)
religionis et pacis in Ecc(les)ia adhuc no(n) firmari.
S(ed) de(us) est illis ?? sapiens p(re)p(ositus) qui solus dominat(ur)
astris, cui(us) singulari auxilio hui(us)mo(d)i malo conveniens pot(er)it
adhiberi remediu(m). Alioqui(n) formidand(um) est ne istud
sit illud magnu(m) scisma q(uo)d an(te) adv(entum) p(re)ambulu(m) de-

adventum Antichristi de quo multa scripserunt sancta Hildegardis
et venerabilis abbas Joachim et quidam alii qui futura
ecclesie mala quasi prophetice predixerunt de quo scismate
ipse apostolus Paulus ubi de adventu antichristi loquitur aliqua
prophetasse videtur dicens illum non esse venturum nisi vene
rit discessio primum quod exponunt sapientes de discessione
i. scismatica divisione [illegible] subtractione obedientie Romane
ecclesie seu Romani imperii. Sed de istis hec sufficiant

Nunc vero de 8a coniunctione maxima loquimur que
futura esse dicitur si deus voluerit anno ab
initio mundi 7020 a diluvio 4798 ab
incarnatione 1693 vel circiter et post illam
erit completum 10 revolutionum Saturnalium anno Christi 1789
et hoc erit post dictam coniunctionem maximam per annos
79 vel prope et ante predictam coniunctionem et id completum
10 revolutionum erit status 8e sphere tunc per annos 27
quod patet per predicta quia status 8e sphere erit anno 444 post situm
augium et secundum tabulas astronomicas fuit adequate eadem anno
Christi 1320 perfectum et 10 erit anno Christi 1762 quibus
annis si addas 27 fiunt anni 1789 ut prediximus
Unde tamen patet quod ab hoc anno Christi 1414 usque ad statum
8e sphere erunt anni 370 perfecti. Hiis itaque presuppositis
dicimus quod si mundus usque ad illa tempora duraverit quod
solus deus novit multe tunc et magne et mirabiles
alterationes mundi et mutationes future sunt et maxime
circa leges et sectas, nam cum predicta coniunctione et
illis revolutionibus Saturni ad hoc concurret revolutio
seu reversio superioris orbis i. 8e sphere per quam et
per alia premissa cognoscitur sectarum mutatio
ut in precedenti tractatu notatum est. Et hoc plenius
notatur Albumazar libro de magnis coniunctionibus tractatu
2o differentia ultima circa finem

nisi consiliis pluribus coniunctis quod forte circa prima tempora veniet antixristus cum lege sua vel secta durabili que maxime adversa erit et contraria legi christiane licet de adventu suo determinato tempore vel momento haberi non possit humanitus certitudo prout alibi declaravimus tamen indeterminate loquendo quod circa illa tempora venturus sit potest haberi probabilis coniectura et verisimilis suspicio per astronomica iudicia. Cum enim dictum sit secundum astronomos circa prima tempora fiet mutatio sectarum et secundum eos post machometum erit aliquis potens qui legem fedam et magicam constituat, ideo verisimili probabilitate dici potest quod post sectam machometi nulla secta veniet nisi lex vel secta antixristi.

Iam sit notandum in tractatu de legibus et sectis secundum astronomos quod secte prius dicte distinguuntur secundum coniunctionem et applicationem Iovis ad alios planetas, quia si coniungatur Iupiter Saturno dicetur significare iudaica, si marti significat Iupiter legem caldeorum que docet adorare ignem cuius nature mars est. Si autem soli significatur lex egiptiaca que voluit militiam celi cuius princeps est sol. Si veneri significat Iupiter sectam saracenorum que tota est venerea. Si vero Iupiter coniungatur mercurio tunc est lex christiana, et hanc dicunt christianorum. Alii autem dixerunt christianam legem esse solis. Si autem coniungatur lune tunc erit ultima que attribuitur antixristo. Utrum autem ista omnino solida veritate contineant non est presentis operis discutere, sed tamen ista prius fundantur in dictis albumazar libro de magnis coniunctionibus differentia prima tractatus primi, in quarta differentia quod sunt dicta in quibus prius doc[…] quarum apparitio in parte quadam aperte significat et earum qui

principat(us) / successorum q(uo)rum / h(uius)mo(d)i cat(alogus) ast(ro)no(m)i
Gorgilaz posset in hac ma(teri)a videre prospecta / ea q(ue)
scribit eod(em) li(bro) dia(lo)g(o) ultimo titulo 21 / ubi ipse q(ui)
erat scriptor mathe(ma)tici dicit moram Iudeor(um) eius c(ir)c(a)
7 8 X annis / ultra q(uo)d t(em)p(us) eor(um) iam d(omi)n(iu)m
durasse cognoscitur / et ad h(oc) manifestum crevisse
vide(tur) q(uod) dicit moram legem Sarr(acen)or(um) i(n) ha(n)c (con)esse
X 6 v annor(um) / ultra q(uo)d t(em)p(u)s iam tunc multa plus
duraverat

antixt(us)

Et q(uo)d de adventu antixi locuti sunt
scientes est q(uod) Methodius mart(ir) de q(uo) i(n) libro
illustrium viror(um) meminit Ieron(imus) de p(ri)ncipio et
consummatione s(e)c(u)li multa scribit q(ue) divina
revelatione accepisse dicit / int(er) q(ue) aliqua commemorat
q(ue) erunt p(re)ambula ad ventus antixi q(uo)r(um) p(ri)m(u)m est de
discessio de qua i(n) 2a ad Thess(alonicenses) ep(isto)la dicit ap(osto)lus
nisi venerit discessio p(ri)m(u)m / s(ed) de hac iam aliqui [illegible]
beligimus Sc(iendu)m p(re)ambulum est / q(uod) p(ro)q(ua)m alii scripta
fuerunt plurima h(uius)modi q(ue) adversus regnum Rom(anorum) co-
fluerat consurgere pro illis adversus Roman(orum) d(omi)n(iu)m
p(ri)m(u)m filii Ismael filii agar / de q(ui)b(us) Daniel p(ro)ph(et)a(vi)t
Et h(oc) erit i(n) septimo millenario annor(um) unde eo
q(uod) assignabat consummatio(n)em s(e)c(u)li et no(n) erit longi(us) eo
ap(osto)lus t(em)p(u)s / h(oc) t(ame)n attende q(uod) p(ost) dicit historia s(e)c(u)n(d)um (Me)ta
Methodi(us) p(o)s(t) 200 annos ab adam Ciliades i(d est) eta
tes s(e)c(u)li p(er) annor(um) milleria anotavit 2m
pambulum est q(uod) t(er)ram (con)missam p(ro)p(ter) p(e)cc(at)a i(n)habi
tantium in ea optinebunt filii Ismael i(d est) sara
ceni q(ue) debet esse t(er)ra p(ro)missionis / et h(oc) eveniet
p(ro)p(ter) iniquitates variorum / s(e)p(ar)a(n)t(ur) p(ro)p(ter) p(e)cc(at)a p(er)sone

Multaque mala enarrat que super diversis regnis et
regionibus ventura predixit, et adhuc applicat id apostoli
nisi venerit discessio primum, dicens quod discessio erit
disciplina vel correpcio, et qua corripientur omnes
habitatores terre, de qua discessione predicitur. Quartum
preambulum est quod in predicto tempore discessionis in disci-
pline et correctionis minuentur species presbiterorum, et multi
abnegabunt veram fidem etiam sine aliqua vi tormen-
tis aut flagellorum, et associabuntur transgressoribus. Post de
hiis predixit apostolus et hec omnia fiet ut probabiles
probentur et manifestentur electi. Quintum preambulum
est quod post tribulacionem que fiat a filiis Ismael ipsi
commendantes in victoriis eorum gloriantesque, quod depo-
pulavit Persidam et Romaniam, Ciliciam quoque et Syriam,
Capadociam et Ysauriam, Affricam quoque nec non Siciliam
et eos qui inhabitant prope Romam, et insulas.
Blasphemantes dicent: Nequaquam habebunt christiani
ereptorem de manibus nostris. Tunc subito ex-
surget super eos tribulacio et exibit rex Grecorum
sive Romanorum in furore magno a mari Ethiopie
super habitatores terre promissionis, et erit rex Romanorum
imponet iugum super eos septies tantum quantum erat
